



# Lammelbeord og

In die locum in hoc volumina  
expeditiorum

- nr. 29 Pst. LXXXIV.
- 4. Matth. II. 17. 18.
- 28 Luc. I. 78.
- 10 Act. XIII. 32. 33.
- 20 Eph. V. 27.
- 18 Let. I. 34.
- 11 Col. II. 14. 15.
- 23 Cor. XIIII. 2.
- 36 1 Petr. III. 10.
- 38 2 Petr. I. 19.
- 6 Jud. 9.
- 38 Apoc. XXII. 16.

HISTORIA ET DOCTRINA  
DE  
**FLETV RAHELIS**  
TEMPORE IESV INFANTIS

AD LOCVM MATTH. CAP. II COMM. XVII XVIII

---

IN  
**SACRIS NATALITIIS**  
**I E S V C H R I S T I**  
  
NOMINE P V B L I C O  
P R O R E C T O R I S  
ET SENATVS ACADEMIAE  
IVLIAE CAROLINAE

P R O P O S I T A

---

HELMSTADII  
EXCVDEE. P. D. SCHNORR AN. R. S. MDCCCLX





PAXHÁ KLAIOTCA  
SIVE  
HISTORIA ET DOCTRINA  
DE  
FLETU RACHELIS  
TEMPORE IESV INFANTIS

S Y N O P S I S

Per Magos, Herodis furor, ac caedes infantium. §. I. II. III. IIII  
JOSEPHI, Herodis nefanda non tacantis, tamen silentium de hac cæde. §. V  
Super hac tristitia, lamentationes omnium MATHAEVS prodit. §. VI. Cuius loci  
I. Selecta verba; §. VII  
II. Figurae graues, explicitae. Et quare autem Rael deploret infante has? §. VIII. Nam  
BIERONYMVS, Rahelem pro re-

gione habens, expenditur. §. VIII ac  
MATHAEVS confertur cum IEREMIA. §. X. XI  
III. Doctrina huius historiae, §. XII, demonstrat

- a) Diuinitatem IESV; §. XIII
- b) Sapientem DEI insitum, et vias abfusas; §. XIII. XV
- c) Incepta rationis iudicia; nec non, salutem Novi Testamenti e calamitate; §. XVI
- d) MESSIAE consolationem fide accipiendam. §. XVII



A T Q V I philosophis, ob id caris pietati capitibus, haec relæcta est gloria, vt illi fuerint inter primos, qui saluatorem Iesum quæsitudum et adoratum, vel ab Oriente venerint, ex ultima Perside <sup>a)</sup>; ipsa adeoratione, quam alioquin sapientes huius formulae tantopere iactitare solent, tamen obedientiae fidei, (raro certe id, nec tam frequenti exemplo,) subiecta. Ergo crederes ture mecum, vt Pythagoras olim, aut Plato penetrauit ad Magos Persidos, siue addiscendae ab hominibus his sapientiae, siue eiusdem confirmandæ caussa; ita multos pariter fore philosophos alios, qui istud alterum pietatis Persarum ac religionis speculum intuentes, illam lucidam in Oriente stellam, diuina conjectaturi sint oracula. Enim vero, ni vel obstaret, inquis, saltem hoc unicum, minime omisfuros esse nonnullos quod postulem. scilicet id: nolle sapientiae consultos imitari Marcellinam quandam, quae non Iesu saltem et Paulli, sed cum iisdem, etiam Homeri ac Pythagoræ effigies, adeoque nullam earum, vti fas est, dicitur coluisse <sup>b)</sup>.

a) Obtinuit hinc usque apud intelligentiores, hos Magos fuisse Persarum sapientes et sacerdotes, qui non tam siderum obseruatione, (quemadmodum Chaldaeï instituebant,) quam theurgia atque victimariorum vacabant interpretatione, de Diis et eorum ortu dispuantes, precesque ac sacros libros populo prælegentes. Horum originem et dignitatem exposuit, veterum et monumentis, BAR-NAB. BRISSONIVS. de regio

Persar. principatu, lib. II, p. 178: 186, curate ostendens, illos cuiuscum occupatos neq; r̄is degeneras r̄is Θεῶν, καὶ δυτίας, καὶ λύχνους, καὶ τῶν Εὐθημάρων. Adi, praeter b. WOLFI-VM, in Cur. ad Matth. II, 1, in primis THOM. HYDE, Histor. Relig. Vet. Persar. cap. XXXI, p. 372. seqq.

b) Lege AVGUSTINVM, de Hacrib. ad Quoduultdeum, Num. 7. Opp. Tom. VI, p. 7 a, vbi historiam Marcellinae, feminæ, Carpocratianis

**II** SED ne videar aenigmata nectere forsitan praeter legem, iuuabit certe in hoc loco adduxisse, tanquam rem non parum memorabilem; nempe philosophos, quorum in historia vetere contentiones ac pugnas, nisi hospes in illa, non ignorat <sup>c)</sup>, eos vero etiam tum, quum neutriquam volunt, falutarique omnino consilio opera laudanda aggrediantur, tamen praelia et funestas excitare res, innumerabiles. Certe Magi, Hierosolymam ingressi, gratumque se nuncium rati allaturos de ortu Regis, quem tot a saeculis inde terrarum orbis expectauerat pro salvatore, de quo praecepit Iudei tulerant tot pulchra, tot egregia promissa; non modo frustrati hac opinione, turbatum cum tota regia, cum tota ciuitate, Herodem reddunt, sed tantam etiam caudem, tantam in Palaeistica complorationem, tantam lamentationem, mox audiunt excitatam esse suo aduentu, vt vix verbis omnia describi possint

**III** T A M E N haec ossa philosophorum Persiae, tanquam Dei facialium, molliter cubent: quum diuinitus delegati effent ad id, vt opulentiam sapientiae, reconditaque Dei iudicia, quasi ritu aliquo sollempni, indicerent. Placuit enim ipsius iustitiae, vt is Iesus, qui in se partes suscepit hominum scelerata expandi, et eis restituendi diuinam pacem, tamen non veniret conciliatum in terra concordiam, sed gladium, et mortem, et seditiones, adeo vt ipsius causa filius a patre, nurus a focru, a matre filia, dissociarentur, et homines propter nomen eius habituri sint inimicos <sup>d)</sup>. Praeci-

A 3.

pue

tianis addic<sup>e</sup>tae, enarrat: Siimili-  
ter ALEXANDER SEVERVS, in  
larario suo, praeter *Apollonium* et  
*Orbeum*, etiam *Christum* atque  
*Abrahamum* collocauerat, teste  
AELIO LAMPRIDIO, vita Se-  
veri, cap. XXIX, p. 930. Hoc i-  
pso, Christum, non vt Deum,  
sed vt magnum aliquem sanctum-

que hominem, venerabatur.  
c) Eorum rixas, fastu e philosophico, adumbrato virtutis colore, es-  
se ortas, id nemo felicius inter  
priscos detectit, risit acerbius, L V-  
CIANO. Quo magis est gratu-  
landum saeculo hodierno, dum  
philosophi, bene moratores, su-  
um cuique tribuunt

que sub introitum suae vitae, illa salus, et ille conseruator nostri generis, ridens blande c) animosus infans in manibus suae matris, sinit perdere Bethlehema hos, qui ei proximi erant coniunctique cum aetate tum sanguine, bimulosque et ipsos, et Dauididas; hos ille innocentes, hos ille amabiles ac longe pulcherrimos pueros, puer Iesu, aeternus amor, aeterna misericordia, praeter villam quidem eorum culpam, sine vlo eorum delicto, vnice propter ipsum, immo adeo vel eum, quum iam ipse incolmis euaserat e manibus hostium, tamen saeuissime tam, tam truculentissime, tam inaudita diis et omnibus tyrannis crudelitate, trucidari sinit

III SCILICET, Herodes Magnus, Iudeae rex, f) postquam

d) MATTH. X.34-36. conf. ad hunc locum TERTULLIANI *Scorpiac.*, cap. 9, 10. Opp. p. 526, seq

e) Putat CL. IOH. CASPAR. MERCKEN. in *Obseru. Critic. ad Pafionem I. C. cap. III.*, p. 6 seq., Dominum Iesum, tum et ipsum, sensisse dolores in hac ~~misericordia~~, non aliter, ac si idem martyrium cum pueris sustinuerit. Quia sacris in literis, nullum de eo vestigium extat, nos a problemate ~~eripimus~~: quamvis certum sit hoc, misericordem esse Pontificem nostrum, et affici fratrum suorum calamitate. (*Hebr. II. 17.*) Potius, quum olim Deus Israëlitis interdixerat, ne boedulum, matris ubera jugarent, macerarent, et coquarent; quae lex prostat *Exod. XXIII. 19.*, et *Deut. XIII. 21.* ita illud mandatum videtur Christum typice representasse, dolore non affligendum nec perendum, quoisque

lacte genitricis aleretur. Exemplanda erat mature actas, qua sacrificium hilasticum, hircus, die expiationis maceraretur. MERCKENIO praeiuisse videtur *SEDVLIVS*, *Carm. Pafch. I. II.* vs. 131 seq

f) Sine *Herodium* historia, ut non pauci Evangelistarum loci, et Actuum Apostolicorum, intelligi nequeunt: nam quatuor huius nominis, nempe *Herodes Magnus*, *Herodes Antipas*, *Herodes Agrippa senior*, et *Agrippa minor*, in N.T. occurruunt: ita fons historiae *Herodium*, FLAV. JOSEPHVS, nec non ii, qui Idumaean historiam, et genealogiam Herodiarum exposuere, sunt adeundi. In his laudasse, summae veneracionis causa, sufficiet Magnif. Lubecensem Praefulem, in *Appar. Hist. Crit. Antiqu.* p. 14-19, quo, de Herodis gente scriptores, tum et vitas horum quatuor, enarravit

quam ex illis quae acciderant die purificationis in fano, audierat famam increbescere, Iesum puerum proclamatum esse a Simeone et Anna vate Messiam <sup>g)</sup>; quo facto, Magos intellexerat fidem de eorum reditu, sibi ex composito datam, secellisse: tum inter alios profligatae impietatis mores, furorem concipit, tyranno dignum, consilium cruentum et immane. Quum enim, quisham, vbiue esset puer reconditus, quo nimur solus interficeretur, nemo monstrare poterat: Herodes iste, vt, quod ei regnum paullo ante, vel praeter suam spem, communatum erat a Caesare Octauio <sup>h)</sup>; id igitur regnum, cui insidiabatur nemo, tamen vt tueri videretur, misis per vicos, per castella, satellitibus et spicatoribus <sup>i)</sup>, supplicio afficit

<sup>g)</sup> LUCAE II, 25 seq. et 36 f. Nos interim ordinem historiae eum sequimur, quem b. MARTIN. CHEMNITIVS, Harmon. Euang. cap. X, p. 195-199 et 252 probabilem euicit. Scilicet, dum Herodes expectat reditum Magorum, interea puer Iesus in templo fistitur: hinc, Simeonis et Annae vaticinio facto, rumor per urbem, per Iudeam peruagatur, Messiam natum. Vnde sensit Herodes, se a Magis illisfum; ac post aliquod tempus misit interfectum pueros. Ita obuians iri posset CHRISTI, NOLDIO, in Historia Idunaea (37) p. 341. sq. neganti, Herodem fuisse inductum ad tantum facinus, Simeonis et Annae elogis, sed sola Magorum frustratione. Lege tamen, quae idem vir doctus p. (62.) 344, pro ea assert sententia, Magos demum post purificationem aduenisse  
<sup>h)</sup> Herodes, Antonii partibus addi-

ctus, postquam is superatus erat a Caesare pugna Actiaca, Rhodium contendens, victorem, posito apud illum diadema, liberalissime alloquitur. Haec <sup>magis</sup> quam Augusto perplacuisse, ipse restituit regi diadema, et eum in imperio confirmavit. Vid. PLAV. JOSEPHVS, Antiqu. Iud. lib. XV, cap. 6, p. 758.  
<sup>i)</sup> Author quidem ingeniosus differentiationis, sub b. ZEL. TNERO habita, cap. I, p. 10, (eam infra vide, Not. n. adductam,) negat, infantes interemos fuisse milite immisso, aut manu armata; potius contendens, per cuniculos, per dolos, vno verbo, veneno, id effectum. Picturam huius sententiae, omni, vt potuit, colore exornauit. Nobis videtur longe difficultius perpetrandum fuisse tale facinus, si clam debuit. Quot matres non animaduertissent nefas, sibique cum suis fuga consu- luif.

## VIII

afficit miserandum in modum omnes pueros, cum bimulos, tum infra bimatum, quotquot Bethlehemae, quotquot in toto coloniae territorio, in omnibus ciuitatibus, in finibus Bethlehemiticis, inueniebantur. Ista strages, qua inuentione nefanda, qua astutia et modo fuerit edita, scriptores, praे horrere feritatis, non commemorant. Solus Matthaeus *b*, sed breuissimis quidem, historiam perstringit potius, quam describit. Non sic Orestes agitatus est furiarum taedis, nec tot Egaon strinxisse gladios fertur, quot diris agebatur istud Gorgonis nouum sincipit, quot mucrones fibebat in corpusculis tenerrimorum, occidione eos occidens truci, nefarior Atreo. Crederes, a principe daemoniorum inditum fuscae aegidi Herodem, ut ad tantae conspectum belluae, famosissimi damnatorum, in lapides, inque saxa conuerrantur. Per enim Dei atque hominum fidem! quatuordecim infantium milia *b*, inter media tympana barbarorum, vociferationesque plus

uiissent? quot vafræ astutiae, quot versipelles ad decipendum doli, non exigitandi uiissent tyranno? Itaque, licet ex MARTHAEI verbis *ἀνοράκας ἀνδεῖ*, misit et interfecit, non omnino perspicitur genus supplicii, tamen publicum uiuisse satellitibus missis, id exinde est verisimile, quia haec verba, *ἀνοράκας et ἀνδεῖ*, alibi de poenis publicis adhibentur. Nam Herodes Antipas *ἀνοράκας* vinxit Iohannem, MARC. VI, 17. Et Pharisæi ac Pontifices *ἀντεῖχαν*, miscerunt publicos ministros, qui Iesum comprehendenter, IOH. VII, 32. Similiter verbum *ἀνδεῖ*, ponitur de crucifixione Christi, LVCAE AET. II, 23. X, 39; et de caede Iacobii, AET. XII, 23; *Ἀνδεῖ δὲ τάνυσον μα-*

*χαιρε, suscepit autem Iacobum ferro*  
*k) MATTH. II, 16. 17. 18.*  
*b) Nos quidem si scripsimus, NOR-*  
*DIVM sequuti, in Historia Idu-*  
*mæca p. (37.) 341 laudantem ibi*  
*aliiquid Missale Aethiopicum, quod*  
*hunc numerum silit. Nec con-*  
*tendimus cum illo, de veritate ea-*  
*rum cifrarum. Nam alias in San-*  
*ctorum Catalogis augetur nume-*  
*rus, immane quantum! verbi cau-*  
*sa, in illo PETRI DE NATALI-*  
*BVS, (qui statim ad manus est,)*  
*Cap. X, fol. XVII A, scribitur: In*  
*qua persecutione centum quadra-*  
*ginta quatuor milia infantes in-*  
*terfecti esse creduntur; qui et in*  
*Apocalypsi, capitulo XIII descri-*  
*buntur. At enim vero, hunc nu-*  
*merum in loco Apocalypses, non*  
*est;*

plus bacchantium militares dilaniari! quatuordecim millia prae-  
erorum prosterri, et eorum vindicisque per cunas, per triuia,  
perque compita, hic ossa, illic artus, illic membra paupitare!  
Ecquid tandem excedere atrocitatem carnificum, ecquid rabie-  
rem cuncti generis posse, aut pestilentius exuere hominem,  
quam suo iplius filio non pepercisse, sed quem ei coniux o-  
lim suscepereat de tribu Iudae, eum vna et ipsum, praeter re-  
liquos trucidasse? Stupuit mundus crudelitatem, et credo sol,  
horrescens facinus, retrocessit; stupuit caput terrarum orbis,  
Caesar Octavius: *melius esse, Herodis porcum esse, quam fili-  
um m.* simulata superstitione indicat, non mactari porcum a  
Iudeis

*esse infantum istorum, inde pa-*  
*pet, quia eadem occurrit summa*  
*cap. VIII, 4, de consignatis ex o-*  
*mini Ifraëlitum tribu.* Meliori  
iure, cum BENED. ARETIO,  
*Comment. ad vitrumque b. l. p. 188*  
*et 535,* dicitur numerus certus et  
finitus propterea adductus, quod  
omnes pñ, numero certo apud  
Deum adscripti sunt, ita ut nul-  
lus lateat Deo Patri.

Nullus in omnino puer tun e-  
uaserit, in Bethleheinae territorio,  
hanc crudelitatem: eam  
quis affirmare audeat quaestio-  
nem? Certe NICEPHORVS,  
*Hist. Eccl. lib. I, cap. 12, p. 49,* (ne-  
scimus tamen, quo auctore,) Elíabetam, scribit, *cum infante Io-*  
*banne trans Jordanem fugisse, et*  
*fuisse abditam in spelunca mon-*  
*nis, cum Herodes iussit interfici*  
*infantes in Bethlehem, et vicinia.*  
Ex mente Herodis, *nárras* (vt

MATTHAEVS ait,) debebant  
occidi

m) MACROBIUS, *Saturnal. lib. II,*  
*cap. 4, p. 398,* inter iocos Augusti  
refert: *Cum audisset, inter pue-*  
*ros, quos in Syria, Herodes, rex*  
*Iudeorum, intra himatum iussit*  
*interfici, filium quoque eius occi-*  
*suum, ait: Melius esse, Herodis*  
*porcum esse, quam filium.* Varie  
disputatum est de hoc loco MA-  
CROBII, inter doctos: Ecquis  
tandem es filius fuerit Herodis,  
inter pueros Iudeos tum interfe-  
ctus? CAES. BARONIVS, in  
*Annal. Eccles. lib. I, cap. 50, p. 96,*  
putat, eius mentionem a JOSEPHO  
praetermissam; tamen vere fuile  
infantem, recens natum, tum  
ab Herode intereruntum. Sed hoc  
commentum merito confusat  
ISAAC. CASABONVS, *Exer-*  
*cit. II aduers. Baron. cap. 16, p. 51.*  
Acutius opinatur HUGO GRO-  
TIUS,

V QVVM videatur omnem superare fidem crudelitas haec, ille praecipuus rerum Iudaicarum scriptor, afferendis ceterum Herodeis flagitiis, iisque maximis, non parcus, huius tamen adeo immanis, adeo pessimi exempli facinoris, nequaquam meminit *n*). Nisi alia, qua magis inclinat animus, sub-

**TIVS, Annot. ad MATTH. II, 16,**  
nempe MACROBIVM duas historias in unam confudisse; alteram, de Bethlehemitarum infantium caede, alteram de caede **Antipatri**, a patre Herode interfecti. Ei tamen, nec ipsi, subscriptis PETR. DAN. HVETIVS, Demonstr. Euang. Tom. II. Propos. 9, cap. 15, p. 711 f., qui Antipatrum quidem a MACROBIO, concedit, intelligi; negat autem, duas historias confusas. Potius ita instituit. Verba MACROBII, filium *Herodis occistum esse inter pueros*, non sic esse capienda, quasi filius ille unus fuisset ex his binulis; sed ita, vt, quo tempore trucidati fuerint infantes, eodem etiam hic Antipater morte affectus sit. Et ea admodum videntur plana. hinc ad verbum descripta ab OTTIO, loco mox citando, p. 545 seq. conf. etiam NOLDIVM, Hisp. Idem (68.) p. 345. Quodsi in Cod. MSC. quodam, pro *inter pueros* legeretur *practer pueros*; res confecta esset. Vix tamen opus est hoc auxilio, quum interpretatio HVETII (quem vide,) cum latina phras, ordine temporum, historiatio IOSEPHI, conuenit. Maior habetur difficultas in *Pseudo PHILO-*

NIS, si is tanti est, verbis, Breuiari, de Temporib. lib. II, p. 238 b: Itemque proprium filium, quem ex vxore eiusdem tribus (scil. Iudea,) suscepserat, interfecit, quod diceatur iam in lege promissus Christus natus. Nam, et longe aliam caussam IOSEPHVS profert, Archael. Iud. lib. XVII, cap. 7, p. 847; et, num Antipater vxore tribus Iudea enixus esset, tacet. Eum e Doride natum, ait lib. XIII, cap. 12, §. 1, p. 719, quam γραῦνα δημότην, ēt τὸ θύρος vocat. Nec tribus meninit NOLD. l. c. p. (vi) 348.

2) FLAV. IOSEPHVS, crudelitatem et omnes calamitates, quibus Herodes M., rex a Romanis creatus, Iudeos afficerat per septem et triginta annos, copiose descripsit Ant. Iud. lib. XIII, cap. 14, 5, p. 728, vsque ad lib. XVII, c. 8, p. 849; hoc tandem encomio finiens pag. 848, Herodem suisse ἄνδρα πολεμούσαν μάχας δυοις, τοιούτους, τοιούτους δὲ τούτους, virum, pari in omnes immunitate, irae effrenatae, animo ius et fas despiciente; mandata autem eius, σὺν ἀνθρώποις nihil, quod hominem proderet, habuisse. Tamen maxime est mirandum, eum infanticidii huius, quo omnem rex crude-

subest causa. Scilicet, facta internectionis tantae mentione, historicus etiam Messiae, Iesu Christi, attingere legationem, pertinaci tamen opera a se premendam <sup>o</sup>), coactus fuisse. Nec omnia vero praetermisit, nefarie a tyranno pessimeque sub hoc tempus gesta, quae huc pertinent. Cuius generis in primis haec sunt: Simulabant tum Pharisei, Numine afflati praedicere, instare tempus, quo, Herode ac progenie eius imperio exutis, deferendum sit regnum ad Pherorae liberos, et nouum autem regem omnium rerum potestatem habiturum. hos ille nefastos oratores capitalibus grauibusque sup-

B 2

pli-

crudelitatem superauit, non minime. Nec igitur defuere, qui ipsam MATTHAEI fidem ex hoc silentio FLAVII in dubium vocarunt, confutati a FRID. SPANHEMIO, GVL. MOMMA, FRANC. MASIONO, et aliis; quibus, e nostris, praeter alios, iam accerferunt b. GVST. GEO. ZELTNERVS, diff. qua Iosephi silentium Evangelicae historiae noxiun non esse sifitum, Cap. i. et Venerandus Vir. CAR. GOTTL. HOFMAN. cur Iosephus caudem infantum Beibeb. tacuerit? Excuse qui dem IOSEPHVM aliquanto, compensando eius silentium locis parallelis, contendit IOH. BAPT. OTTIUS, in Omisis a Iosepho, Num. V, p. 549 seq. Sed omnes hi loci nihil probant. Nec villam speciem prae se fert ille Ant. Iud. XIII, 9, 4, p. 701: Προσεῖνας δὲ ἀνταρτὴν Ἰησοῦν καὶ αἱ ματέρες τῶν ἐνδόθεων, — Eius insuper iram accenderunt matres eorum, quos Herodes occi-

derat. Nam error in chronologia, super quadraginta annos, commisus. Haec acciderunt Herode adhuc Tetrarcha, nondum Rege. Παράκτοντα autem, non diu ante Herodem extinctum, facta o) Odio aduersus Christum, et illius nomen, compulsus FLAVIUS, studiose praeterit in Archaeologia, et reliquis libris, omne id, quo nostri Seruatoris commemoratio attingenda fuisset. Nam sublestae videtur fideli, et Christiani cuiusdam affumentum, quin Arch. XX, 9, 1. p. 976 legitur lapidatus Iacobus ἀδερφὸς fuisse ἡγοὺς τῷ λεπούτῳ Χεισσ. Spurium autem, religiofaque fraude supposititium, a me habetur pertritum illud, et ad ratiuum usque inculcatum, testimoniūm IOSEPHI de Christo, obuium in Archaeol. Iud. lib. XVIII, cap. 3, §. 3, p. 876: operose quidem a CAROLO DAVBVZ, Presbytero, libris duobus defensum. Hanc autem crambem, sexcenties

## XII

pliciis afficit p). Primores Synedrii magni, apud quos summa videbatur rerum auctoritas, speciosam et vanam comminiscens criminacionem, interimit q); suffectis (vt traditur, sed incertis auctoribus r), diuinorum non gnaris institutionum, Prof-

ties recoclam, hodie recalfacere velle, fasidio est. Esurientes ad eant tomum II JOSEPHI, cura HAVERKAMPII excusum

p) Vid. Arch. Iud. XVII, 2, §. 4, p. 83:

Φαρισαῖοι καλέσται, Εαὐλενοὶ δινόμενοι μάτια ὀπτηγάσσουσιν. -- Πρόγνωσιν δὲ ἐπενίσενοντο εἰποτοῦτο τὸ Θεῖον πρᾶλευτον, ὃς Ἡσύχη μὲν καταπαιστεῖς ἔρχεται θέον Θεον ἐφησιακέντων, ἀντῷ τοι γένεται τῷ ἀπ' ἑταῖρον τῷ τοι Σατανᾷ δια τοι εἰπεῖν πεινάσσοντο καὶ Φεγύγαν, πάντας τοι δια τοι εὐτοῖσι. -- Καὶ δὲ Σαταναῖς τοι τοι Φαρισαῖοι τὰς αἰτιωτάτους ἀναστάτους. -- -- Hιροτέλης δὲ διὸ Βαρώνος δὲ ἀντῶν, ὃς πατήστη τοι καὶ εὐρύτερη διομαθεόμενος τὸ ἐπιπατευόμενόν τοι φοβήσατο Σατανῶν Φαρισαῖοι, homines qui maxime regibus aucti sunt resistere. -- Credebantur futura scire ex afflato diuino, et fore praedicabant, ut Herodes, eiusque progenies, Dei decreto imperium amitterent, idque ad eam, (Pherorae coniugem,) et ad Pheroram, eorumque liberos deferreverunt. -- -- Quare rex Pharisaeorum nocentissimos interfecit. -- -- Fuit autem per eos elatus Bagoas, (Eunuchus quidam,) quod dicebant eum Patrem Beneficiumque appellatum īrī eius, qui ex eorum prædictione creandus Rex esset: habiturum enim eum Regem o-

mnium rerum potestatem. JOSEPHI mentem (vt et HAVERKAMPIVS annotauit,) intelliget, qui considerabit, Phariseos impia adulazione detorsisse in Regem futurum, vaticinia, de Messia agentia; et in Bagoam Eunuchum, IESAIÆ verba cap.LVI, 1-5, vbi Eunuchis nomen prominuit, liberis praestantium

q) JOSEPHVS, I.c. XIII, §. 4, p. 701 fin. 'Ο γαρ Ἡσάδης, τῷν Εαὐλενοῖς παραδιεῖν, πάντας ἀπέκτενε τὸν ἐν τῷ Συνεδρίῳ, καὶ Τεκνον ἀπότομ, καὶ τὸν Συνεδρίῳ. Καὶ τοιούτοις οὐδεὶς. -- -- Hιροτέλης δὲ διὸ Σατανῶν πάντας dicitur interfecisse, præcipui, penes quos maxima potestas erat, intelliguntur

r) Pseudo PHILo, Breuar. Tempor. lib. II, p. 238, (adiectus est BEROSO et aliis, edit. Vitemb. An. 1500) sic habet: Anno vero XXX principatus sui tyranniei, Zanedrim ex domo Dauid delevit, et Annaleum quendam atque Zanedrim ex Prosclytis suffecit, qui nimium (legendum forte non nimium, aut cum SELDENO l. c. nimirum) in Lege vivabantur erudit. Ad hanc locum, quasi scriptoris fide digni, follicite respergit CHEMNITIVS, Harm. Euang. cap. XIII, p. 254, euincere studens, Herodeum eo tempore, prae-

Proselytis, iisque, quo contemtior ipsa paucitate sit ordo, paucissimis. Aristobulo, nec non Hyrcano, Pontificibus Maximis, praeterea his qui de sanguine erant Hasmonaeorum perfites, iniicit manus spurcas <sup>i)</sup>; leges, ab humanitate omni alienas, fert. Meminerat saeuentis furor, se olim fisti in Synedrio, ob Iudeos in Syria intersectos <sup>i)</sup>. Ne igitur plebis seditione, post fartum e pueris factum, oppreslus, ad iudicium rapereretur, sub principium sceleris inauditi iudices potioribus intercipit, in alios aperre grassatur, reliquos strangulat

VI INEXPLICABILI autem, prope perdita, desperatione, inprimis matres puerorum, tum ciulasse, et toruas, tanquam

B 3

praeter infantes, multos adhuc alios, et praecipue Assessores magni synedrii, interfecisse. Sed errat vir, immortalis ceterum gloriae. Nam primo, computationem instituit ex libro sublestae fidei. Deinde scribit, quasi hic *Pseudo Philo* illud factum dicaret fuisse anno penultimo regni Herodis; id quod ex libri inspektione, quo *annus tricessimus sui principatus adducitur*, fecus patet. Ergo si vel calculus impostoris curate haberet; tamen patet, sex annosante infanticidium Synedrium sublatum esse; nam Herodes regnum tenuit per annos XXXVII, ac *pascha novem*, sub finem eius regiminis, est facta. Sed hunc *Pseudo Philonis* locum sub examen vocavit IOH. SELDENVS, de *Synedr. Vet. Hebr. lib. II, cap. 15, §. 3, p. 609* vbi et contra GROTIUM Annot. ad 2 *Paralip. XXI, 4* monuit, in lo-

co JOSEPHI modo cit. per *zurzus* non intelligi totum Synedrium

<sup>i)</sup> Interitum *Aristobuli*, JOSEPHI, l. c. lib. XV, 3, §. 3, p. 745; illum *Hyrcani*, ex Herodis commentariis et aliunde enarrat IDEM, eod. lib. cap. 6, §. 23, p. 756 f.; *Hasmonacos* interemitos sigillatum recentef NOLDIVS, Hisp. Idumae. (32) p. 340

<sup>ii)</sup> Historiam fistit idem FLAVIVS, lib. XIII, cap. §. 4, p. 701, quem vide: item GVIL. SCHICKARDVS, *Iure regio Hebraeor. cap. II, theor. 7. p. 151, fin. et seq.*, eo loco, quo de verberibus agit, Regi Hebraeo inflictis. Adde pluribus b. IOH. BENED. CARPOVIVM, ad h. l. A quo et in margine sui exempli, (permultis Annotat. MSS. a se aucti,) laudatur ISAACVS CASAVONVS, *Exercit. XIII, No. 5, p. 179*, verb. Herodi dicta dies etc

## XIII

quam sensibus pertinaciter creptis, truci immugiuisse luctu, id vero ipsa atrocitatis insolentia contestatur. Diuus etiam scriptor, quanta piarum matrum lamentatio, quantus ibi queitus fuerit exauditus, quum ipse non posset astequii oratione, potius grandi Ieremiae vatis <sup>u)</sup>, quam sua, usus eloquentia, patheticam inde, et ad ciendos affectus comparatam, calamitatis descriptionem affert <sup>v)</sup>. Non solum enim voces cumulat

<sup>u)</sup> IEREMIAE XXXI, 15. Verba huius Vatis, cum loco MATTHAEI, conciliauit GUILIELM. SVRENHVSIVS, in Bl̄d̄q̄ Kurul̄ayȳ, p. 192. Variations vtrinque haec sunt: 1) Pro בְּנֵי lamentatio, fletus amaritudinum, d. MATTHAEVS scripsit: ἔρως, πλαυθεὶς καὶ ὀδυγοῦσις πολὺς, lamentatio, queflus et desperatio multa. 2) Prophetas his posuit בְּנֵי super filii. Scriptor N. T. saltem femei: τὰ οἰνην αὐτῆς. 3) Ille singulare: בְּנֵי quia non ipse est. Hic, numero plurimum: ἐγώ εἰ μόνος, quia νόμος sunt. Nec etiam Græcos Interpretes κατὰ πόδα sequuntur est d. MATTHAEVS, ita reddentes: Φωνὴ ἐν Ραιζὶ μέσοθι θύμῳ, καὶ πλαυθεῖς, καὶ ὀδυγοῦσι. Ραιζὶ ἀποπλαυθεῖσῃ πάντας τὸν τοῦ νοῦ αὐτῆς, τὸν τοῦ σώματος. Siue, ex editione V. C. IOH. IAC. BREITINGERI: Φωνὴ ἐν τῷ ἑψηλῷ μέσοθι θύμῳ, καὶ πλαυθεῖς, καὶ ὀδυγοῦσι. Ραιζὶ ἀποπλαυθεῖσῃ τὸν τοῦ νοῦ αὐτῆς, καὶ ἐν ἥψει παγκαληθῆσαι (τοῦ τοῦ νοῦ αὐτῆς,) ἕτερον εἶναι

<sup>v)</sup> Quum MATTHAEVS repetitionem Hebrei contextus בְּנֵי super filii, non et ipse iteret; inde colligit SVRENHVSIVS l.c. p. 193, eum sine affectuum vehementia hunc IEREMIAE locum adscripsisse. Adiecit, neque opus fuisse animi commotione, quod iam diudum cessauerit in animis matrum luctus prisinus. Sed nulla haec est causa. Neque id nobis persuaderet vir doctissimus. Nam alia adfunt indicia patheticæ orationis. Nempe lacrimæ Rahelis; vocabula cumulata, luctum exaggerantia; et adiectum οὐφερινωτότερον verbum ΠΟΛΤΣ, ne apud IEREMIAM quidem aut τὰ LXX expressum. Quod ultimum ipse SVRENHVSIVS agnoscit, quum interpres Gracos hanc vocem valde emphaticam, a MATTHÆO adiecitam, non habere, fateatur. Praeterea, sacri auctores φερόντων ἀπὸ τῶν ποτίσματος ἁγίας, sentiebant interscribendum affectus, rebus de quibus exponebant proprios, siue illae res futurae, siue praeteritate

lat magni luctus, sed etiam tantam flagrem existimans deplo-  
rari non posse satis viuentium lacrimis, conuocat matres ad  
fletum, diu *functas*, Rahelem in stemmate ultimam, adeo, ut  
viuentium, ut mortuarum audiri eiulatus, ut audiri vel apud  
Ramam potuisse, videatur

TOTTE ΕΠΛΗΡΩΘΙ ΤΟ ΡΗΘΕΝ ΤΗΙΟ ΙΕΡΕΜΙΟΥ ΤΟΥ  
ΠΡΟΦΗΤΟΥ, ΛΕΓΟΝΤΟΣ ΦΩΝΗ ΕΝ ΡΑΜΑ ΗΚΟΤΣ-  
ΘΗ, ΘΡΗΝΟΣ ΚΑΙ ΚΛΑΤΩΜΟΣ ΚΑΙ ΟΔΥΤΡΜΟΣ ΠΟ-  
ΛΥΤΣ· ΡΑΧΗΛ ΚΛΑΙΟΥΤΑ ΤΑ ΤΕΚΝΑ ΑΥΤΗΣ· ΚΑΙ  
ΟΤΚ ΗΘΕΛΕ ΠΑΡΑΚΛΗΘΩΝΑΙ, ΟΤΙ ΟΤΚ ΕΙΣΙ

HOC dicto en omnia comprehenduntur, quae magnifica-  
cam, quae sublimem orationem, tanto conuenientem lu-  
ctui, decent. Emphatica, eaque selecta verba. Figureae, mo-  
uendis affectibus idoneae. Sententiae graues, et doctrina  
reconditior

VII INFELICIVM matrum v'lulatus ac flebiles querelae  
exprimuntur quatuor vocabulis, non otiose illis, nec praeter  
necessitatem, arcessitis, sed delectis magna cum sapientia, et  
discrimine, ut videtur, ingeniorum habito. Primo enim,  
ΦΩΝΗ, indicat clamorem, aut sonum, aeris commotione edi-  
tum, quo carissima puerorum *nomina*, a matribus repetita,  
in montibus Ramae reboant, in vallibus Bethlehemae remu-  
giunt: innuit grauem, et maximopere elatam vociferationem,  
instar tonitru. 2) Scilicet matres tenerae inclamant pueros  
inter-

itae erant. Vnde recte ait b.  
LUTHERVS; si quis prophetas  
inspicret penitus, videret in sim-  
gulis verbis caminos ignis, et ve-  
hementissimos ardores

3) Omiserunt interpres vocabuli  
*φωνής* explicationem, sine dubio  
propterea, quod της LXX sequut-  
ti, existimarunt, id generale esse

substantium, a quo reliqui Geni-  
tiū regerentur; ut φωνή θρίψις,  
φωνή κλαυθμῆς, φωνή οὐργαῖς. Sed,  
quia MATTHAEVS non in Ge-  
nitius, sed in primo casu, appo-  
fuit tria vocabula, eo satis indi-  
cavit, etiam την φωνήν esse genus  
peculiare lamentationis. Igitur  
*φωνή* verto per *nomen*, quod maxi-

me

interemtos sexcenties, si forte hi pueri, illud animae dimidium suae, reuiuiscant. Quod si vident *conclamatum esse*, oritur OPHNOC, 2) lugubre ac moestum carmen, seu lamentatio fune-

*me elata voce proclamatatur. Haec notio nec profanis scriptoribus, nec facris ignota est. Apud exteros, φωνή, nomen esse, HOMERVS, Iliad. Γ, 161 est tefsis:-- Πρίμους δὲ Ἑλένην θνητόσθοι φωνήν. Primus autem vocavit Helenam NOMINE. Nec non HESIODVS, in Egy. verf. 79: - εἰ δὲ τῇ φωνῇ Θῆν Θεῶν νῦνέστ, sed οΝΟΜΕΝ illi Imposuit Deorum praeco. (plura adscripsit GRAEVVS, Lect. Hesiodis, p. 13.) Et LUCIANVS, in Toxar. p. 53: Τίν φωνήν αἰσθάνουσιν, ut NOMINE audito respondishet. Apud sacros autem scriptores locus est AET. XII, 14, ubi Petrus, fores pulsanti, ancilla, nomine eius auditio, non aperit tamen prae laetitia: Καὶ ἐπηρέσσει (ait LVCAS, 7) τὴν φωνὴν τῆς Πίτερος, -- et audito NOMINE Petri. Nec aliter eum conuertit locum vir Graece doctissimus, IOH. ALBERTI, in Obscur. S. p. 245. vtut quaedam excipiat b. VVOLFIUS in Cur. p. 1173*

Hebraica vox קול apud IEREMIAM, per φωνήν h. l. expressa, indicat 1) valde elatum sonum, ut tonitru. Ita תונדרת tonitrua dicuntur Exod. XVIII, 16: וְיִרְאֶת קָרְבַּן וּבְרִקְעַת tonitrua ac fulgura. Conf. Psal.

XXVIII, 3. IEREM. X, 13. Vnde nonnulli Bath Kol (quanius minus recte,) pro voce habent, e tonitru proueniente. 2) Notat resonantiam atque echo μαολόγον, si nouissima verba nominum remunigunt ab incondito clamore 2) Notionem vocis Θῆν ΑΜΜΟΝΙΣ dedit, sub Επικηδον. vna indicans, ut haec ab illa differt. Επικηδον, ait, καὶ Θῆν διαφέρει; Επικηδον μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπί τῷ κύρῳ Θῆνος δὲ, τὸ ἐπί φωνήν. Οὐτοὶ Τεύχοις. Αρτοκήδης δὲ ὁ Πόδιος ἐν τῷ περὶ ποιητῶν τοῦ οὐρανοῦ. Φυστὶ γάρ οἱ Θῆνοι δὲ τοῖς τῆς συμφρονῆς οἰκεῖοι θεοί εἰσιν οὐρανοῖς ήταν οἱ θεοί τῆς τελετῆς τούτων. Τοῖς μὲν ἐν κοινῷ πάντα ἄποι Θῆνες. Οἱ δὲ διαφέρει Θῆνοι τε καὶ Επικηδον. Τῷ τὸν Θῆνον φέρεσσα περὶ αὐτῆς τὴν συμφρονήν πρὸ τῆς τυφῆς, καὶ μετὰ τὸ τυφόσιον ξέρον τῆς ποδαρίας, ἀδύνατον ὑπὸ τῶν θεοπαντεύδων, καὶ τῶν τῶν αὐτῶν. Τὸ δὲ Επικηδον, έπειν τὸν την τῆς τελετῆσσαν μετὰ τῶν μαρτύρων σχετλισσε. Id est: EPICEDIVM et THRENI inter se différunt. Επικηδον est id, quod luctus causa fit: Θῆνος est carmen funere: ita TRYPHON. ARISTOCLES autem RHODIVS, in lib. de re poēt. contrarium statuit. Ait enim: Θῆνος est cantilena, proprium nomen a casu habens; lamentatio-

funebris, qua inter medias lacrimas pleno feruntur ore in laudes, in effusa elogia grati infantis; mox oscula figunt abscissis partibus a): partesque accurata sollicitudine componunt: tum lessum iterant. Iam aliarum matrum, vt sunt ingenia diuersa, ΚΛΑΥΘΟΜΟΣ auditur, nempe ingens comploratio et vulnus, graubus intermixtus singultibus. Hae nudatum pectus et femora plangere, hae manus complodere, iam brachia iactitare, euellere crines, ac puluerem inspergere capiti,

C

iam

tationem autem continent, cum laude defuncti. Quidam generatim omnia δύνανται vocant. Alii autem dicunt, ἡγούμενοι atque ἐρωτήδοι inter se differre. Θέμονται καθόπου, est, in luctu canere ante sepulturam, et post sepulturam, item anniuersario tempore; quod a famulabus et sociabus fiebat. Ἔπειδη autem laudem defuncti continebat, cum mediocri quadam lamentatione. Hebraicis olim non insuffitae erant lessus, eiusmodi קינהות Kinoth seu lamentationes, quibus exornabant defuncti laudes, extremum νηστείαν et carmen funebre modulantes; vid. IVL CAESAR. SCALIGER. Poetic. lib. 1, cap. 50, p. 40. Hoc in IEREMIAE contextu, γάπα lamentum, planctus ponitur. Id verbum est proprio quidem femininarum, mercede conductarum ad laudandum defunctum; cuiusmodi IEREM. VIII, 17 καὶ λατοννός lamentatrices, et z Chron. XXXV, 25 השׁרְתָּה cantatrices, occurrint. Tamen hoc loco de matribus, doloris simul

et planctus principibus, usurpati, laudantibus suis toto animo, non ob mercedem: quemadmodum Funerae faciunt. Nam erat etiam Romae discriminem, inter Praeficas et inter Funeras. Iliae ostentabant dolorem, haesere dolebant. Funerae sunt mulieres affines, propinquaes, ad quas vere pertinet funus, ἡγούμενοι seu lamentatio. Praeficas, tanquam extraneas, nihil casus demortui, nihil cura sollicitat. Lege SERVIVM ad Virgil. Aen. VIII, 486, p. m. 306: in primis RAVLL. ARINGHVM, Rom. Subterr. Tom. I, cap. 18, §. 14, 15, p. 59

- a) De hoc ritu antiquo vide DILHERRI disserr. (len. 1636) No. 23: adducto loco Genes. L, 1; item CHRYSOSTOMO, Homil. I de patient. Iobi: Os deosculantur, (ait CHRYSOST.) ultime parentum osculo. Exinde, quum reddiderit puer animam, -- manus componunt, oculos claudunt, caput directe statuant, pedes reducunt, lauant, sepulcro condunt. cet

XVIII

iam procumbere in terram, iam vestes scindere b). Denique ΟΔΥΡΜΟΣ ΠΟΛΥΣ, acerbus est, et longe amarulentus, prope desperatus, eiulatus, dum matres, ignota consolatione se afflictantes, inedia mortem persequuntur, totis noctibus ac diebus pertinaciter flent, exulceratasque mentes ad sanitatem reuocare non finunt c). Iam illarum quidem vocum, secunda,

b) Multi apud Iudeos tam insane,  
tam immoderate, mortuos eiulababant, ut clamore et vultu tem-  
plum, plateas, domus imple-  
rent omnes. IV DITH. VII, 18. 3  
MACCAB. I, 23, 25. IIII, 2. AMOS.  
V, 16 (vbi vociferabantur in foris,  
in vicis, וְאַתָּה אֶבְאָב ! vae vae !)  
MARC. V, 28. Alii, nuda brachia  
gladiis impetere, vulneribus cru-  
entare, genas dilanare, cet: de  
quo vide ARINGHVM l. c. b.  
MARTIN. GEIER, de luctu He-  
breor. et S. Vener. IOH. GOTTL.  
CARPOZIVVM, Appar. Antiqu.  
VI, 5 de sepultura, p. 648 seq. Ma-  
leferiarum hunc morem, a τοῖς  
ξέων Philistaeis et Moabitis, sum-  
tum, Deus non semel, et si fru-  
stra, interdixerat, Levit. XVIII, 28.  
Deut. XIII, 1

Ad hos ciulandi ritus respiciuntur voce *κλαυθός*. Id quod etymon, a *κλέινειν*, *ciulare*, *verbereare*, *frangere* dictum, indicat: siquidem ARISTOPHANES ait *κλαίειν τὸν οὐρανόν*, *lamentari caput*, i. e. tundere, incidere *σέ*, pectus percutere, femora plangere, cet. Eum *κλαυθόν* describit LUCIANVS, lib. de luctu, Opp. T. 2. p.

303 (ed. Graev.) : Οἰναγμά δέ ἐπι-  
τέρους, καὶ κάκητος γυναικῶν, καὶ πε-  
ρὶ πόντων δύσκων, καὶ τέρπου τυπωτο-  
ρια, καὶ σπαχτυπτούσης κέραν, καὶ Γο-  
ναποδίους περιει. Καὶ τὸ δὲ ἑστή-  
καταβόθρυντες, καὶ νένες ἐπὶ τῷ νεφελ-  
ῷ πάστας. Καὶ οἱ Γυναικεῖς αὐτορρό-  
ει τῷ νερῷ. Οἱ μὲν γὰρ κυραιαὶ κακι-  
δύσται πολλάκις, ταῖς τόσοις ἀ-  
ργυρίται πρὸς τὸ θάρσος. Οἱ δὲ - His  
accidunt fetus et ciulatus mulie-  
rum et omnium lacrimae, pectorum  
planctus, comeas dilaniatio, gena-  
rum cruentatio. Alii vestem dis-  
cipunt, et puhorem capiti in-  
spurgunt. Immovientes miserabi-  
liores sunt mortuis. Nam illi humi-  
voluntur saepissime, et capita  
allidunt solo. Mortuus autem - - -  
c) Videtur ὡδηγος referre notio-  
nem, duobus T E R M I A E verbis  
**בְּכִי תָמְרוֹרִים** *fetus amaritudi-  
num expressam; - nam Graecum  
ἀλαζοῦσι est significantius, quam  
in voce בְּכִי exhaustiatur. Vtrum  
que vero Hebraicum simus, no-  
tioneum ὡδηγος silit: praesertim  
si ὡδηγος (ut quidam volunt,) ab  
ὠδηγο, dolore parturientium, es-  
cenderet. CE BE S, in Tab. §. II, p. 30  
ὠδηγος coniungit cum ὡδηγος  
spera-*

cunda, θέρνος ναι, quamvis in Manuscriptis nonnullis, tum versionibus, ac locis Patrum, minus recte, desideratur; ea tamen, non solum in Alexandrino, et aliis vetustis Codicibus, d) sed etiam in Septuaginta Interpretibus, quin ipso Ieremiae Hebraico contextu, legitur

speratione, vnam, alterius sororem dicens. 'H δὲ τὴν περιθήν, αἴτιον, ἐπὶ τοῖς γόνοις ἔχεσσα, Λίμην. 'H δὲ τὸν τρίχας πλάκου ἔκαντον, 'Οδύνη. 'Ο δὲ ἄλλος ἄτος ὁ παρεπεμψὼν ἀντράς, διαρρήδης τις καὶ λεπτός, καὶ γρυπός, καὶ κυρά (Edit. uerū) τεῦχος τις ἑνοὐλα ἀντρός, αἰσχύνη, καὶ λεπτή, τις ἀλέβη; 'Ο καὶ 'Οδύνων καλατταί, ἕφος δὲ ἀδηρόφητος ἀττά, Ἀθηναί. Quae caput intra genia tenet, καὶ τριτία dicitur. Quae erines euellit, ἀδηρόν, ingens dolor. Alter ille, his adfans, teter, macilentus, mundus: et praeter hunc alia, ei plane similis, tetra et macilentus: quinam sunt? Iste, inquit, διδοὺς lamentabilis eulatus vocatur, hac vero, eius soror, ἀδειά, desperatio. Sic apud AELIANVM, Var. Hist. VII, 3, familiares Aritippi dicuntur διδούεις εὐγένεια. quod recte VULTEIVS verit: vebermenti et acervo luctu se ipsos confidere. Eiusmodi amarus et animalium arrodens fletus, ille Petri erat. Is ιελλάκους ΠΙΠΚΡΩΣ, amarulente plorabat, ita ut, nisi misericordiae Saluatoris sui fidisset, desperatione inequui potuisset

d) Desunt voces θέρνος ναι, in Codd. Barberiniano, Cyprio, et aliquo

Colbertino: in Versionibus *Aethiop.* Arab. *Coptic.* *Vulgata:* nec non apud *Persam* ac *Syrum*, forsitan ex inopia synonymorum. His addit IOH. MILLIVS *Hieronymum* et IUSTIN. *Martyrem;* errans ceterum in eo, quod existimat, eas as voces *Hebraeo conformiter* omittit; notatus ob id a DANIEL. VVHTIBY, Exam. Var. Lect. N. T. Milliani, p. 36, ac b. VVOLFIO in Curis. Seruant enim omnino optimi Codd., atque, aīrovīz docente, etiam CODEX Summe Venerab. Viri, IOH. GOTTL. CARP. ZOVI: quem manuscriptum, magnifico dono acceptum, huius commentationis auctor ut νεκρά custodio, laudo hic animi grati ac longe pientissimi caufa. Neque probat defectum hunc BENELIVS, in Appar. Crit. p. 4545; apud quem, vt et in KVSTERIANA, alias lectiones Variantes Commatis 17 et 18 deprehendes. Add. IOH. SAVBERTI *Varias Lectiones Text. Gr. Euang. S. Mat. b.* (quibus nemo horum virorum est vñus,) p. 68, et 266 Adiiciam Versionem Neo-Graecam MAXIMI *Calliopolitanæ.* quum is emphaticate translulerit comma

VIII MAGNA M in primis habet vim affectuum excitandorum, quod praeter matres, tum superstites, etiam aliis, dum conditis, e) ac si et illis maneret sensus, comploratio, et solatii tribuitur impotentia. Harum agmen dicit, et, praefacie instar, reliquis modum praedit plangendi, venusta Rahel, Labanis filia, cùpita Israëlis coniux. Nec vna est causa, quare potius Rahelis, quam alius vetustarum matronae, pietas, haec iusta soluat. Erat enim haec mater, amantissima librorum, quos olim prope quotidiano coniuvio efflagitauerat. f) Haec Beniaminem enixa, moriebatur in eo partu; et iam animam agens, filium nominari iubebat *natum gemitus g).* Haec Bethlehemae in Ephrata, ubi contigit puerorum strages, sepulta iacet h); ac super eius monumento, a Iacobo sibi dedi-

comma 18: Φωνὴ ἐκεῖθι ἀπὸ τῆς Ραμᾶς, πολὺς θρόνος, καὶ πολλὰ μέρη μετατοιχίας, καὶ πολλοὶ ἀναστηναγμοί, ἵπποι ἔλαφοι ἢ Ταύροι τὰ παιδάρια καὶ δὲν ἥπτε νῦν παρηγόρηθή, διατὰ δὲν ἄντεν πλέον.

e) Verba, φωνὴ τῆς Ραμᾶς ἐκεῖθι, θρόνος, κ. ἑδρα, π. refero ad viventium; Ταύροι μέλαθροι τὰ τέκνα μήτρες, ad defunctorum lamentationes

f) Genes. XXXI, 1. 2.

g) Genes. XXXV, 18. Peramarum erat, quod, quae liberos olim efflagitauerat, donata iam pueris, in partu decedit; quod, quae solatium expectatar a filiis natis, iam animam agens, infantulum **בֶּן־וֹנִי** ben Oni, i. e. filium luctus mei, vocat. Id nomen, non boni ominis, pater inflexo sono, mutauit in **בֶּן־יַמִּין** ben iamin, quasi filium dextræ meae: quod **בְּנִילוֹ**, in lib. de Nom. Mutat. p.

1059 B, conuertit per sion ὁμοῖον, filium dierum, i. e. fulgoris ac gaudii, quod luctum (obīm) excipit.

Melius id aliquanto, IOSEPHO, nomine Beniamin significacionem tribuente, qua ad Benonim pertinet. Benonius ἐπάντειος (ait Arch. Iud. I, 21, 3, p. 59) διὰ τὴν ἑτοῖς γεννητῆς ὅδην τὴν μητρί. Beniaminem vocavit, ob matris ex eo dolorem

h) Rahelem, in agro Ephratae sepultam esse, leges Genes. XXXV, 19, et apud IOSEPHVM l.c.; monumentum Rahelis denuo adducemus lib. VI, 4, 2, p. 319. Add. IOH. NICOLAI de Sepulcr. Hebr. lib. III, p. 392. et PAVL. ARINGHVM, Romae Subterr. T. I, 1, 2, §. 5, p. 6. Cur autem sola in gentilitio sepulcro, quod Hebronis erat, (Genes. XXIII,) illata non fuerit, id ANDR. RIVETVS dabit, Exercit. 143 in Genes. p. 704. 705. Cete-

dedicato, eiulatus iste attollebatur. Haec apud Iudeos, tanquam basis et Israëlitarum fundamentum, laudabatur: quin omni a tribu, velut communis Hebraeorum mater, anteponebatur ipsi Leae *i*). Haec, in sollempni formula matrimonii contrahendi, dum Seniores gentis bene precabantur nubentibus, præferebatur *k*). Vt alias forte caussas taceam *i*). Eiusmodi

C 3

Ceterum *Ephrata*, nomen et vrbis et regionis, videtur esse. Antiquis Iacobi temporibus, *Ephrata* dicebatur vrbis, quae postea Bethlehem.

**בֵּית לְחָדָר** *Ephrata*, hacc est Bethlehem. Postea totius regionis, Bethlehem circumiacentis, nomen factum. Ita MICHAEAE V, 2, **בֵּית לְחָדָר** Bethlehem *Ephratae* non aliter nominatur, quam v. c. *Lipsia Misniae*

*i*) Adscribenda sunt (ut veritas confllet his dictis.) R. SALOMONIS IARCHI, et R. ABEN ESRAE, eorum ex *Commentariis in Ruthae locum mox cit.*, verba. Ille quidem sic ait: **שְׁדוֹם שְׁדוֹם לְאַחֲרֶה רְמִים וּמְכִינִים לְאַחֲרֶה מְרוּם** *שְׁלֵי רְחֵל שְׁהִתְחַת עִקְרָה* **שְׁלֵי בִּירָה וְזָקוּרָה רְתָה לְאַחֲרֶה**. Etiam si fuerunt ex tribu Iudea, adeoque posteri Leae, celebrant tamen RAHELEM, eo, quod fuerit basis et fundamentum domus, atque præponunt Rabelem Leae. Alter vero, R. ABEN ESRA: **הַקּוֹרִיס בְּרָהָל בְּעִבּוֹר שְׁהִתְחַת אַשְׁתָּה יְעַכּ בְּתָחֳלַת מְחַשְּבָתוֹ**; Anteponit (*Scriptura S.*) RAHE-

LEM, propterea, quod fuit vxor Iacobi in principio cogitationum; (i.e. quod Iacobus eam prima desiderarit uxorem.) Hinc difficultates tolluntur interpretum, copiose disceptantium, qui tandem, quum Bethlemitae sint *Leæ* posteri, tamen *Rachel* nominetur? Ipsi Iudei a domesticis confutantur scriptoribus, si MATTHÆVM, quasi abutente IEREMIAE verbis, hinc fraudis argunt. Lege RICH. KIDDERI Demonstrat. *Messiae*, P. II, p. 208, et IAC. GOVSSETI *Confutat. libri Chisuch Emuna*, p. 209. Rabbinorum loca petui a b. Auo, I. B. CARPOVIO, *Comment. in lib. Ruth*, p. 210

*k*) Sollempnis formula occurrit RV. THÆ III, u: **PAXIT. IEHOVA MVLIEREM. QVAE. DOMVM. TVAM. VENIT. RAHELIS. ATQVE. LEAE. SIMILEM. QVAE. ISRAELIS. DOMVM. SVBOLE. INSTRVXE. RVNT.** Hebraeos præcari solebre nubentibus, harum fororum felicitatem, testatur GEO. FABRICIVS, *Hist. Sacr. lib. I fin. p. 25.* Immo hodie esse vñitatem hanc,

## XXII

modi vero prosopopoeia et fictio personae, cum apud poetas, tum oratores usitata, grandem reddit orationem, mouendosque ad affectus est peridonea. Refertur, non una ex parte, ad felicem audaciam in sententiis proferendis m), siquidem homines quod efficere non possunt, id ut mortui faciant, finitur;

hanc formulam, HVG. GROTIUS ait ad b. I

- I) Silentio tamen non omittendae sunt haec causae: I.) Rehabeami aetate, quum decem tribus fecerant secessionem, vnum constituebant regnum reliquae dueae, Iudeae, et Beniaminit. Quum itaque matres regni Iudaici, praefertim Bethlemiticae, deplorantes erant inducendas; haec non a Lea, sed Rabele, praecipua matre regni Iudaici, nominantur. Non aliter, ac si regnum Israëlis vocatur *Ephraim*, a nepote *Rachelis*. IEREM. XXXI, 18, 20. II.) Post redditum Babylonis, promiscue habitabant Beniamitae, Iudaei, et reliqui Israëlitae: (vid. NEHEMIAE XI, 3. 4. 7. 20 f.) Ipse Iosephus ac Maria, quamvis de tribu Iudeae, Nazareth tamen in agro Galileae incolebant. Ergo inter infantes, ab Herode trucidatos, nemo dubitat cum HIERONYMO, multos fuisse Rabellis e posteris; nec igitur MATTHAEVM AC IEREMIAM dixisse perperam, quod suos in posteris natos deploret *Rachel*
- m) Non diffinili prosopopoeia, Catonem atque Scipionem lamenta-

tantes inducit LUCANVS, Pharsal lib. VI, verf. 788. f

Deplorat Libycis peritaram sci-  
PIO terris

Infanslam subolem. maior Kar-  
thaginis hostis,  
Non seruiti moeret CATO fata  
nepotis

Similiter IOH. BAFTISTA MARINO, in poëmate, le *Strage degli Innocenti*, quod BROCKESIO pulchris expressum Theotis, debemus; is lib. III, no. 16 singit lapides, camaras, imagines, flatuas cruento confersas, flere, et diffluere lamentis ac lacrimis super hac *caedentem*. IDEM, lib. II, no. 68, 69 seq., Rahelem sifit lacrimantem emphaticis verbis. Quum autem dicit Pontificius, Sanctam Rahelem ad tribunal Dei procedere, suppliciterque intercedere pro infantibus, id vero et ipsum est *filius*. Ceterum, quod Raheeli, dudum functae, lamentatio tribuitur, illud, si apud profanos poneretur, pertineret ad *adgenitores* neq; rursus *sohos*, felicem in sententiis proferendis audaciam, a LONGINO inter fontes sublimatis relatam

Sed plures figurae internoscit  
pol-

gitur; quo ipso magnitudo calamitatis augetur. Quod autem feminae tribuitur eiulatus, id propterea sit, quia sexus mulieris in strage liberorum, quos cum dolore in lucem edidit, etiam maxime commonet. Et quum plerumque mulieres grauissime concidentur, et in omnibus affectibus modum excedant, ita etiam Rahelis mores et ingenium pulchre describitur, quasi insolabiliter natos deploret suos. Id de principio vulneris inficti multi intelligunt, quod dicunt, nullam mulierem adeo imbecillo animo esse, quae non, liberis amissis, aliquando modum lugendi faciat

VIII HÆC sententia maiorem veri speciem præ se fert, ea, quam prefbyter, Stridonensis, et ali⁹ qui hunc Patrem sequuntur, adoptarunt. Illi Rahelem, non pro muliere, sed loco, hic esse positam putant, id est, pro Bethlehem, in qua Rahel sit condita, nec non pro omnibus pagis finitimis. Dicunt, ab hospitio corporis, esse *loco inditum sepultaæ nomen*: tamen, idoneo teste id non probant. Meliori acuminè intelligi possent feminæ Beniamitides, a Rahele, Beniaminis

possunt in MATTHAEI verbis.  
1.) Exclamatio. Haec continetur in vocum, lamentationem exprimentium, natura. 2.) Concise et perbreues positiones. Vt: Θύμος καὶ πλωπός ναι ὅδυρις. Et: Ραχὴλ πλάισον vbi, copula abiecta, v. c. Ραχὴλ ΓΑΡ πλάισι, aut, ΠΛΗΝ Ραχὴλ πλάισι, quae eneruasset orationem, participium ponitur. Porro: ἐν τῷ πλαίσιν τὸν πλαίσιν. Tandem: ἐν τῷ.  
3.) Si HOMBERGIVM ZV VACH audis, etiam Hyperbaton adest, nec verba *τι εἰ ἐστι* continuanda sunt cum proximo πλαίσιν, sed cum πλάισου, hoc sensu: Ra-

hel deplorat filios, quod non sunt, nec consolationem admittere vult. At tu b. VOLFIVM lege in Cur. p. 42, quae contra monet n.) Vide HIERONYMI Comm. in Matth. lib. I, Opp. tom. III, p. ii: De Rachel, (ait) natus est Beniamin, in cuius tribu non est Bethlehem. Quaeritur ergo, quomodo Rachel filios Iudei, i. Bethlehem, quasi suos ploret? Respondebitimus breviter: Quia sepulta sit iuxta Bethlehem in Ephrata, et ex materno corpusculi hospitio matris nomen acceperit. Eum sequuntur DESID. ERASMVS, FRANC. VATAELVS, NIC. ZEGERVVS,  
IOH.

## XXIII

minis matre, prognatae; nisi, cum aliis, Rahel pro *Rahelibus*, ac matribus Israëliticis dicitur, vt Ephraim pro Ephraimitis, vel Dauides pro eius posteris *o*. Nihilominus tamen grauiori mouetur animus perturbatione, si dicitur Rahel, dum mortua, praeire modum lugendi reliquis feminis, itidem functis, ita vt viuarum, vt moreuarum eulatu aura remugiat, tantu[m]que omnium excitetur clamor, tanta vociferatio, quae a Bethlehem, vsque ad vrbum Beniaminicae tribus, Ramam, *p*er tot parasangas, totque stadia, personet

X

*Ioh. DRVSIVS* in *Bibliis Criticis*, nec non *VALENT. SCHINDLER* in *Pentaglot.* voce *רחל*:  
*Totus tractus*, seu *tota vicinia* *Bethleemitica*, *appellata* *suit* *Rahel*, *Bethlehem* et *ager* *adiacens*. *Recte* igitur *dictum* *Ieremiae* ad *infanticidium Herodis* *Bethleemiticum* *accommodat* *Matthaeus*, *II, vers. 17*

Tandem *ISEBR. EILH. HARENROTH*, in *Bibl. Bremensi*, class. 5. p. 1095 *sq.* autumat, per *Rachelem* intelligi vrbum tribui Iudee affignatam, cuius mentio fit *SAM. XXX, 29*. Sed errat. Nam ibi non *רחל* sed *Rachal*, per *ך ch* non *ר r* scribitur. Obiter moneo, quia non accurate scribitur *Rachel*, Latini autem duplex *h* non ponunt; propterea me semper *Rachel* scripsisse. Scimus, et hanc veniam petimusque, damusque vicissim. Nam, quod *ר* apud Graecos exponitur per *χ*, et proinde scribitur *Ραχέλ*, *Rachel*; id

ob defectum alias literae fit

*o) Conf. SEE. CASTELLIONEM*, et *HVGON. GROT.* in *Annot. ad Ierem. l. mox cit.* Is modus loquendi haut est infrequens apud Hebreos: *Iacobus* pro *Israëlitis* dicitur. Apud Latinos etiam exat: *Romulus* pro *Romanis* ponit

De alia ratione, vt haec difficultas, (quae videtur,) tolli queat, vid. *FRID. SPANHEMIVM Dub. Euangel. No. 40-84, P. I*

*p) Rama*, ciuitas, in medio tribus Beniaminicae sita, tertio ab Hieronymis lapide, quinto a Bethlehem, distat. Teste celebri doctore, *RAMBAN*, ad libr. *Genes. XXXV, 16*, diffita est ad quatuor parasangas a Bethlehem; eiusque fit mentio apud *IOSVAM XVIII, 25*. *Iudic. XVIII, 12. 13.* et *IEREM. XXXX, 1*. Hebraea vox *רמָה* *excellsum*, *altum* notat. Et quia nomina propria locorum, in scriptura Hebraica, literas non adiungunt maiusculas; propterea ple-

X QYVM autem Matthaeus refert, impleta esse Ieremias  
 q) praedicta tum, quum Bethlehemae infantes crudeliter oc-  
 ciderentur, hinc variorum diuersae, super eo Vatis loco, in-  
 terpretationes enatae sunt. Quem alii, ad clades, Iudaeis ab  
 Asyriis illatas r); alii, ad Hebraeorum relegationem in Asy-  
 riam; quidam, ad singularem, quae non extet in foedere  
 antiquo, historiam, retulerunt: denique alii simpliciter, nisi  
 puerorum de strage, Bethlehemae ab Herode facta, alia o-  
 mnino de nulla, oraculum intellexerunt s). Sed ista autem  
 D omnia,

plerique scriptores Hebrei cum  
*Paraphraſta Chaldaeo*, itemque  
 aliquot Chriftiani, (vt HIERO-  
 NYMVS l. c., *Vulgatus*, ipſe b.  
 LUTHERVS, SCHINDLERVS,  
 voc. רְמֵם p. 1713, et alii,) vocein  
 מִתְבָּרְכָה in loco IEREMIAE XXXI,  
 y, exposuerunt in genere feminino  
 בְּנַבְּרָעָת, ac si scriptum effet  
 בְּנַבְּרָעָת, vel בְּנַבְּרָעָת in ex-  
 celso colle; ita, vt Rahelis vox  
 non tantum per valles, sed usque  
 ad colles personuerit excelsos.  
 Quo sensu hanc phrasim *υπερ*  
*εναγματι* sumendam esse, G VIL, S V-  
 RENHVSIVS putat, in BLAKAR p. 194. At enim vero, quia  
 MATTHAEVS proprium He-  
 braeum nomen Παῦλον retinuit, eo  
 ipso docuit, illud non appellati-  
 ue, sed proprie pro ciuitate su-  
 mendum: adeo, vt certus pro in-  
 certo ponatur terminus, ac que-  
 sus longe lateque auditus esse in-  
 dicetur

q) IEREMIAE XXXI, 15

r) De quibus exponitur 2 Reg. XVI

et seq., item i Chron. V

s) VID. SVRENHVSIVS, BLAKAR p. 190 f. et SEE. SCHMID.  
 Comment. in Ierem. l.c. p. 180. Vter-  
 que doctiss. vir, post laudatas quo-  
 rundam interpretationem sententias,  
 eo acquiescunt: IEREMIAM non a-  
 lia de clade, quam de hac ~~audacia~~  
*vis*, ad literam agere. Iis prae-  
 uit FRANCISC. IVNIVS, Sa-  
 cris Parallel. lib. I, p. 24, laudatus  
 a IOH. PISCATORE, in Comm.  
 ad Matth. loc.

Peculiaris est conjectura Chal-  
 daei, exponentis locum de Iu-  
 daicis plorantibus, quum IER-  
 EMIAS a Nebuſar Adane dimitte-  
 retur. Satis ea quidem inepta! R.  
 DAV. KIMCHI, et R. ABAR-  
 BANEL, omnia tropice, de que-  
 rela super decem tribus, su-  
 munt, quod in tam diuturno ex-  
 filio illae permanferant. Alii Iu-  
 daei ad allegorias delabuntur.  
 NIC. DE LYRA, Poſill. ad h. l.  
 obiter adiicit, prophetam non-  
 nulla afferre, ad natalitia Christi  
 pertinentia

Qui

omnia, cum à contextu, tum literali (qui vocatur,) verborum sensu, delirant. Locus enim Ieremiae, de Iudeis extoribus, de Israëlis in Babyloniam relegatis, manifesto agit. Hi quum non mouebantur comminationibus, et mox captivi abducebantur; Vates, Raheli dudum conditae, lamentabilem dat vocem acerbae complorationis, qua ita suos adploret natos, vt consolationem de eis respuat, praesertim tum, quum post decem tribus Iacobearis, ipsi adeo Benjamin atque Iuda in exilium Babylonium missi essent <sup>1)</sup>). Illum questum auditum esse apud Ramam, Ieremias propterea ait, quia ipse postea tenebatur manicis constrictus Ramae <sup>2)</sup>, vbi grauis sine dubio luctus, et maxime amarulentus fletus exfugebat. Atque haec

Qui de singulari calamitate, miseriari descripta, IEREMIAM accipiunt, hi valde errant. Cur singulare sunt clades, quae num acciderint olim, ignorantur? Cur autem ignorantur, si clare existant in sacris literis

GVL. VV HISTORVM adhuc commemorat b. VVOLF. in Cur. p. 43. Is, suo more, h. e. temere, in Concionib. Anglic. quas de impletione prophetiarum Script. S. habuit, pag. 55 negat, illum hic esse vaticinium, aut impletionem, sed phrasin tantum IEREMIAE poëticam hic afferri, tanquam hunc negotio accommodatam. Eum vero, quod fatis est, confutauit Anonymous Anglus, in Remarks of some Books, p. 72

3) Ita sentit b. MART. CHEMNTIVS, Harm. Euang. cap. 13, p. 254 fin., accurate a se inuicem distinguens, praedictionem propriam ac proximam, a remotis

ri et typica. Illa, ad exilium Babylonium; haec, ad ~~naufragium~~ Herodis, sub auspicio N. T. erumpentem, tendit. Nam integrum IEREMIAE caput describitur in duas partes. Altera pars (a versu 1-21.) de liberandis agit captiis; simul respicit per singula commata, ad beneficia Mef-siae tempore N. T. Altera, (a vers. 22-fin.) exponit de gaudio et ouatione super natalitiam Mef-siae, noui foederis sponsoris, qui congregabit extortos ad N. T. ecclesiā, ciuitatis Dei f. Hierosolymae instaurazione repreäsentaram. Lege auream expositionem Anonymi Biblior. Vinariens. Glos-fatoris

2) IEREM. XXXX, 1, 2, vbi clare dicitur, Deum praedixisse mala in istum locum, et, vt praedixerat, intulisse. Ille locus, haec ipsa est Rama, (non exclusis quidem Hierosolymis,) de qua paulo an-

haec est vera et historica loci sententia. Sed, praeter eum sensum literalem, ex se unum, non solum accommodare possumus effatum hoc, ad omnes calamitates, martyras, et luctum ecclesiae  $\alpha$ ); sed etiam, ex mente Spiritus Sancti, omnino respicitur ad Bethlehemitacm stragem. Quemadmodum enim generatim est certum, praecipua atque illustriora veteris testamenti fata, pro admiranda illa Dei sapientia, collineare ad tempora nouae administrationis; inprimisque res populi Israëlitici gestas, imaginem et exempla esse eorum, quae in futuro Christianae civitatis coetu acciderunt  $\gamma$ ): ita pariter haec Israëlis in Babyloniam relegatio, calamitasque sub principium ibi perpetua, idea fuit Herodeo truculentiae, sub auspicio noui foederis formidatae. Atque hoc eo manifestius est indicium, quo id luculentius cum Matthaei et testimo-  
nio perspicitur, tum ex integro Ieremiae capite, in quo, partim de eripiendis e calamitate omnis generis captiuis, partim de egregiis noui testamenti beneficiis, simul exponitur. De quibus ipsis adeo Iudaei Kabbalistae  $\alpha$ ) nonnulla differunt

D 2

per

te IEREMIAS, XXXI, 5: Auditur apud RAMAM lamentabilis vox Rabelis, suos natos deplorantis

- $\alpha$ ) CHEMNITIVS, loc. cit. p. 255  
 $\beta$ ) Id confirmat sua auctoritate Analog. A Conf. Art. III de Injustific. p. 142: Et res gestae in populo Israël sunt exempla eorum, quae in ecclesia futura fuerint. Adde CAMP. VITRINGA, Olf. Sacr. VI, 29, p. 481. STEPH. GAVSENVM, de rat. stud. theol. p. 142. Auctore libri, Regles pour l'Intelligence des Saintes Ecritures, Reg. V, p. 83 seq. et alios  
 $\gamma$ ) Est locus in Kabbalistico libro

Sohar, Exod. fol. 3, col 12, (edit. Lublinensis,) quem inde descrip-  
tum debo humanitati Maxime Venerandi Viri, et collegae con-  
iunctissimi, D. ANTON. IVLIE VON DER HARDT. In hoc lo-  
co, Messias rex, enarratur prodire e רְבָעַן nido avis, id est,  
(secundum placita Kabbalista-  
rum,) e regno de horto Eden, at-  
que in Galilaea apparere. Post alia  
ataque alia, quae illo in horto fa-  
cita erant, enarrata, idem Messias etiam Rabelem vidisse, et quidem  
insolabiliter, lacrimantem dicitur.  
En ipsa, ut ut longincola, verba:  
עִזֵּל בְּתֹהוֹא אֶתְר זָקִיף עִזֵּל  
תְּהִזְזִיף

XXVIII

per ambages, quum fletum Rahelis auditum esse a Messia in horto Eden, ipsamque vel ploratu eius ad solatium tentatam, perhibent

XI H A E C interpretatio purus ut aquae manat fons, reliquis e contrario non parum turbalente fluentibus. Nam aliorum quaedam sententiae ad temporis rationem offendunt a); aliorum, ad incertas tendunt historias, et prope fabulas b); eorum denique coniecturae, qui de sola puerorum strage, Bethlehemam infestante, exponunt, ingeniosa sedulitate

וחז אַבְהָן וְעַלְיָן בְּחֹרֶן אַלְרָא  
ער וְרַחְמִי לְרֹחֵל וְמַעֲהָא  
בְּאַנְפְּהָא וְקְכָה מַנְחָס לְהָ  
וּרְאָ אַבְרָהָם רַקְבָּה תְּנַרְמִין  
כְּרָא מַעֲנָה הַנְּחָס עַל בְּנֵיה:  
כְּרוּן מִשְׁיוֹן אַרְוָם קְלִיה וּכְכִי  
וְאַדְרָעָע כָּל גְּנָתָא דְּרָעָן וְכָל  
אַנְנָן צְרוּקִיָּה וְרַחְמָן גַּעַן  
Id est: Ingressus est (Messias) hunc locum, (qui dicebatur Nidus Avis in horto Eden,) et fustulit oculos suos, et vidit patres, qui ascendebant ad vasationem domus Dei; donec aspiceret RAHELEM LACRIMANTEM vultu suo. Licet Deus benedictus consolaretur eam, tamen nobebat admittere consolations, prout dicitur IEREMIAE XXXI, 15: Remuit consolari. Tum Messias fustulit vocem suam et fleuit, et contremuit totus hortus Eden; et omnes illi sancti, qui ibi erant, clamabant et flebant vice secunda. Contineatur his verbis (Si recte teneo,) vaticinium Kab-

balisticum de Messiae temporibus; sed eiusmodi, ut parum videatur solatii redundare in eos, Messiam talem, cuius haut est fortior consolatio, expectantes. Itaque eo magis mirandum est, Cl. CHRISTIANVM SCHOETTGEN. in Horis Hebr. et Talmud. p. 4, ex hoc penso, quod ipse faltem latine, nec tam curate adscriptis, colligere, ac si traderent Iudei, fletum Rahelis temporibus Messiae auditum, ex solatio ipsius plane sedatum esse. Nam contrarium patet ex illa ḡn̄a, qua Rahel nullo Messiae fletu, nullo eius solatio, vt luctum ponat, permoueri potest.

a) Vaticinium nequit intelligi de transportatione Iudeorum per Salmanascrum, quod ea iam ante annos nonaginta contigerat. 2. Reg. XVII, 3. 6

b) Silentium sacrae scripturae non fingendum est pro lubitu, sed tum demum admittendum, quum vel certa, vel faltem probabilia id sua-

litate contextum torquent <sup>c)</sup>). Primo enim, id Ieremiae vaticinium non uno saltem finitur commate, exclusis consequentibus; sed, maxima parte illius capituli, continuatur elegans oppositio, qua mortem excipere vita, lamentationem gaudium, desperationemque spes, praedicatur. Nempe ploratus et lacrimae Rahelis, exilio carent Babylonii causa: voluptas autem et exhilaratio Iacoborum oritur, post annos septuaginta <sup>d)</sup>, ob liberationem per Cyrum, Asiae monarcham. Redibunt enim, (ait Dominus,) <sup>e)</sup> ex hostili terra: estque tibi ad D 3 extre-

suadent indicia. De hoc, in numero etiam scripto, ad IOHAN. I, ult., exemplum est datum, cap. 3, no. 2, p. 32: quum regulam pluribus explicat acutissimus D. CHRISTIAN. BRUNNINGS, liber de silentio Scr. S.p. 51

c) Praecipuum SVRENHVSII motum, aduersus interpretationem, quae exilium Babylonium intelligit proprie, hoc est: istam afflictionem ac stragem non tantum suisse, ut Rahel queri poterit, **כִּי אָנֹן**: nullum ex suis filiis superstitem manasse: neque id affirmari posse ad literam, quum multi Rahel posteri Babyloniae superfuerint. Sed id nondum perfusat vir doctissimus. Obslat enim, quod dicam. Nempe si particula **לֹא** non, nullum ponitur cum affixis, tum adhibetur de his, de quibus non certo constat, vivantne, nec ne? aut quonam vivant? Itaque Rahel deplorat suos natos propterea, **כִּי אָנֹן** quia non ipse, (scil. **בָּעֵד** populus,)

est amplius integer: quia plerique et perierunt, et dispersi sunt. TARGVM hic supplet verbum **לְמַ** migraverunt, a SCHINDLERO, voc. **לְמַ**, ita explicatum: Iuda et Benjamin redierunt quidem ex captiuitate prima Babylonica; at decem tribus non redierunt, nec constat ubi manserint

Qui operose cuincunt, IEREMIA M de N. T. temporibus expondere in hoc capite, hi soli lucem induunt, quum id nemo, hermeneutica tantillum gnarus, negauerit: accedit clarus, qui rem conficit, locus in Epist. ad Hebr. VIII, 8 seq. Sed interpres patius debent ostendere: priorem capituli partem, de eripiendi e Babylonia captiuiis, (ita vi nos §. X, et not. t p. XXVI explicauimus.) traekare non posse. Sed hoc non poterunt autem  
d) IEREM. XXV, II. 12. XXVIII,  
10. coll. ESDRAE I, 1  
e) IEREM. XXXI, 16, 17. Recte i-  
gitur SEE. SCHMIDIVS, Comm.  
ad

extremum spes, inquit Ioua, reddituros esse natos tuos in suos fines. Haec verba, de pueris Bethlehemae occisis, agere non possunt. Deinde vero, quod Matthaeus scribit, praedictum Ieremiae de Rahelis sletu, T O T E, tum demum, quum infantes perirent, πεπληρωθαι, impletum esse; sciendum est, inter varios modos, quibus πλήρωμα tribuitur vaticinio cuidam f), esse etiam hunc: si oraculum, quamuis iam ante impletum, tamen aliquid sit, quo *instaurari*, et magis adhuc impleri videatur

ad h. l. T. 2, p. 186, ita monet: Quidam hoc comma iterum de pueris Bethleemiticis exponunt, qui ex terra inimici, diaboli, et ex limbo inferni, in resurrectione Christi reuersuri, et cum eo in caelum ascensuri sint. Nugae sunt! Sed ipse perspicacissimus theologus, quum putat, his IEREMIAE verbis, ad fugam Christi in Aegyptum, ac redditum exinde, respicit; ingeniose quidem ac pie fatur. Contextus aperte loquitur de liberatione ab exilio, et redditu in Palaestinan, tempore Cyri Persianorum regis: simul typice subindicatur liberatio a seruitute V. T. Tamen S E B S C H M I D I O οὐαληφοι sunt IAC. ALTINGIUS, Opp. T. V, in *Heptada Disserit.* p. 69, et I O H. COCC E I U S, Opp. *Poßbum.* T. 2, p. 1

f) Quatuor modis impleri dicitur vaticinium. 1.) Si id sit, quod primario indicatur litterali sensu vaticinii; ut si M A T T H. I, 22 scribitur Iesaiæ ποθεῖα impleta fuisse, de partu virginis. 2.) Si id pro-

prie ac vere sit, quod olim in typo allegorice afferebatur; vt si ad agnum paschalem, ne os ei frangatur, pertinet; quod effatum dicitur I O H. XVIII, 36 in Christo impletum. 3.) Si aliquid sit, quod magnam habet similitudinem cum alia, olim facta, historia; ut si Christus apud M A T T H. XV, 7, 8 de Iudeis sui temporis adhibet verba, quae Iesaias de sua aetatis Iudeis dixerat. 4.) Si oraculum iam ante quidem impletum est, tamen nunc aliquid sit, quo magis adhuc impleri videatur. Id in hoc IEREMIAE loco est clarum. Nam propheta loquitur proprie de tribu Iudee ac Beniaminis, Babylonom deductis, quarum causa Rabelem dixerat lamentari. Hic in ταῦταν τοις aequo potest commode accipi vaticinum. Immo id magis adhuc impletum est. Nam, (iudice G E O R G I O C A L I X T O, in Concord. Euang. Script. I, 12, p. 50,) illi viri erant, hi infantes: illi meriti, hi innocentes: illi capti, hi truci- da.

XII I AM doctrina historiae de fletu Rahelis; pergrauis est magno pondere multarum sublimium, et interiorum sententiarum. Nam et diuinitas Iesu Christi infantis perspicitur ex hac historia; et diuitiae cognitionis Dei, illiusque iustitia; et abstrusae viae suspiciuntur; iudicia item humanae rationis inepta contemnuntur; diuina consolatio Messiae per fidem admittitur; et animus denique pro certo conuincitur, salutem noui testamenti, et hominum piorum felicitatem, ex fortuna aduersa huius mundi et calamitatibus, acquiri.

XIII HERODES certe, oraculorum de Messia nascituro non ignarus, dum improuisa Magorum sciscitatione maximo- pere perterretur, penitus praesentit, puerum natum esse Mef- siam. Neque id ex animi quadam concitatione, vel ex aliqua diuinatione eueat motu libero *g)*, sed ita, vt post conuoca- tos Pontifices atque Scribas, auditio in primis vaticinio Michaelae, ipsum hoc verbum sanctissimum pungenter mentem ho- minis perrinacis, atque eam de veritate vaticiniorum comple- torum, ac de ortu Christi, ineffabili quadam sensuonis perni- citate obrueret, conuinceretque *h)*. Sed durus cenuice et a- nimō

*dati: illi Iudei indiscretim, hi  
proprie erant Bethehemitae; ut  
merito ciuilis introducatur Ra-  
bel. Nec diversa sentit MATTH.  
FLACIVS in Glossa ad loc. Mat-  
thaei: RENOVATA EST, (ait,)  
vetus illa querela Rahelis, matris  
Bonianitarum, tunc ibi habitan-  
tium, Ierem. XXI, quae olim qui-  
dem in TYPO expleta est, nunc  
autem IN VERITATE. Adde  
MART. BUCERVM, et VOLFG.  
MUSCULVM, Annot. ad Matth.  
*h.l.* vtrunque in AVG. MARLO-  
RATI Expos. Eccles. N. T. p. ii A-*

*g) De eiusmodi praesensione, data  
opera differit CICERO, libro I,  
de Divinitat. c. 18, p. 620*

*h) Herodes, Iudei pars l. institutus  
Iudeus, nec nefcias ille vatici-  
nia de Christo, et communem  
cum Iudeis errorem errans, e-  
cum fore externum regem; facile  
cogitabat, si sola expectatio Mes-  
siae tam feroces fecerat Iudeos  
imperio ferendo, quid mali enun-  
ciaturum esset, si iste rex, iam na-  
tus, animos suorum excitaret ad  
spem recuperandae libertatis. I-  
taque, auditis Magorum verbis,*

*ibi*

## XXXII

nimo rex, resistit <sup>i)</sup>). Praeter haec aliunde cognoscitur <sup>k)</sup>, praecipua in antiquo foedere gesta, ita indubitate constituta esse prouidentia Numinis, vt, tanquam signa adumbrata, referant res, tempore Messiae factas; quam etiam ob caussam, impulsu Flaminis Sancti, in literas sunt relata. Sic ista caede puerorum, ac lamentatione Rahelis super hac, instauratum est, et omnino expletum id, quod praedictum fuerat a Ieremia, cuius oracula, vt omnium prophetarum, data sunt propter Christum, nucleus vatum, ac totius scripturae scopum <sup>l)</sup>, cuius

sibi metuens de regno, *τραπέζην*,  
maxime turbatus est. *Τραπέζην*  
proprie de aqua feruente (*ΙΟΗ.*  
*V.*, 4.7) dicitur; deinde, si grauiissime et multifariae cogitationes in animo collidunt, et quasi *bello* inter se digladiantur, qui metus etiam externe cum *impetu* erumpit. Tinet populum Herodes, crudelitate sua et rapiens offendit. Frendet ira, ob suspicione affectati regni. Ardet furore, natum interficiendi regem. E mirabili Magoruin aduentu, e stella de qua illi referunt inaudita, ex eorum *παρόντοις* qua Christum certo esse natum credunt, tangunt ac conuincuntur de veritate rei. Pungit ipse Iesus, dum nomen eius auditur, cor hominis, et eum intuitat ad quaerendum Deum. Sub exitum vitae regis post paucos menses, offert caeleste regnum, si mentem mutet. Eum impellit, ut scripturas scrutetur, de Messia testantes. Haec omnia, et longe plura, longe efficacia, uno momento Herodi obiiciuntur, eum

in terrorem, in perturbationes iniiciunt

Est illa Herodis *τραπέζη*, sicutum certum, Messiam esse natum. Idem Herodes, quum doctrinae non ignarus, eum, quem Magi nominant *Iudaeorum regem*, vocet *Christum*; eadem et ipsa *τραπέζη*, diuinitatem demonstrat Christi

- i) *Act. Apost. VII, 51.* Ceterum obseruent theologiae studiosi, occasione aditi loci *MICHAEAE, V,* 2; sacras literas tripliciter tractari. 1.) A *Loupiacensis Legisperitis*, qui eas sciunt, e linguis originalibus, (non, vt hodie philologasti, ex versione,) nempe vt disputent, ac defendant. 2.) Ab *Herode*, vt per scripturam Christum et diuina placita oppugnet: quod haeretici, et politici *donatores*, theologorum osores, faciunt. 3.) A *Magis*, vt agnitione veritatem diuinam pie sequantur
- k) *Typi historici tuerunt partes vir Cl. NIC. NONNEN, in Museo Hist. Philol. theol. Vol. I, p. 409. 412*

cuius item res gestae adumbrantur in historia sacra per fata Israëlitici populi. Ex quo luculente perspicitur argumenti pars, quum euincitur, Iesum infantem esse Christum <sup>m</sup>); nam propter ipsum interfecti sunt Bethlehemae infantes, quemadmodum a Ieremia fuit annuntiatum

XIII SAPIENTIAM autem, et iustitiam Dei, aliasque vias abstrusiores, admirari submisse decet, non curioso animo sciscitari. Ecqui autem fieri, obstrepis, potuisse, Iesum, salvatorem nocentium, primo sub limine ipsius vitae, Herodi permittere, tam saeuire crudeliter aduersum innocentes? ecquo crimine meruisse caudem infantulos, aetatula Iesu ac sanguine coniunctos? quare Deum infantes puniuisset? idque ei vnum, potuisse mori, suffecisse? Eho, echo, acute philosophie! Ecquis tu es autem, qui cum Deo disceptare? scilicet facta res obueret figulo, quare me sic fecisti *n*? Quid si vero, calamites perpetiente innocentem Iesum, pati vna debebant innocentes *o* infantes: quid quereris? Quid si Deus animaduertere in Bethlehemiticas matres? hae contemtui habere Iesum, reclinatum in praefepi instar pueri fortis ultimae *p*: cur obtundis, cur enecas me? Sed quosnam autem tu inno-

- 1) Rom. X, 4: Τίνος νόμος, Χριστός. item  
 IOH. V, 46. Add. AVGUSTINVS  
 de Ciu. Dei, LXVIII, c. 27 seq. HER-  
 MAN. VVITSII Mīscell. S. T. I,  
 p. 437. IOH. BIERMANY Mosen  
 et Chriſtian, I, I. c. u, p. 39, et no-  
 tam y supra adscriptam, p. XXVII  
 m) Conf. OPI PISCATOR, Comm.  
 in omn. libr. N. F. p. 28 b. MATTH.  
 FLACIUS, in Glossa ab d. l  
 n) Rom. VIII, 20, confer IEREM.  
 XVIII, 1 seq. ubi ius Dei in do-  
 cum Israēlis, et figuli in massam,  
 comparatur  
 o) Innocentes erant infants, intuiti  
 hominum, in primis (quem nec  
 offendunt, nec potuerant offendere.) Herodis  
 p) Statim sub natalitatis Christi, in-  
 pleri coepit illud IOHANNEVM,  
 I, ii: In sua venit, et sui eum non  
 accepertur. De parentum ingra-  
 titudine, Christo hospitium de-  
 negantium, lege ORIGENEM,  
 Homil. 3 in diuers. p. 210, et AV-  
 GSTINVM, lib. 2 de Symb. ad Ca-  
 techet. cap. 5. add. CHRISTOPH.  
 PELARGVM, Euang. Quæst. in  
 Matth.

XXXIII

entes iactitare? Nempe hos, hereditaria infectos noxa? hos, morti obnoxios, propter delicti Adamici similitudinem? Nam tu mihi iustum ostende, demonstrator, saltem vnum: vnum qui sapiat, et innocentem? Si modo poteris. Sane, non est iustus, non innocens, ne virus quidem <sup>q)</sup>, ne virus quidem diei et horae infans. Deus autem, si calamitate homines ac doloribus affligit, non animaduertit semper propter id, ut peccata puniat iracunde, sed longe alia saepe fini. Nempe ut eos castiget ad utilitatem, atque ad sanctitatem ipsius participandam; ut eos animaduertione hac perducat ad resipiscientiam, et salutarem fructum iustitiae <sup>r)</sup>; ut exploret fidem ac patientiam, in eaque illos confirmet; ut ad imperata Iesu obedienter facienda inviteret; aut eos ad perpessiones Christi et martyrium conformaret. Haec ultima obtinet causa in puerorum ista caede <sup>s)</sup>: ex qua patet, iustitiam Dei proceris montibus altiorem esse, et eius iudicia oceano profundiora <sup>t)</sup>

XV ITA etiam (quae alta est sapientiae divinae opulentia!) in nepotibus adimpta sunt, quae in maioribus fuerunt adumbrata. Olim Esauus, odio concepto, infidiatur fratri, mor-

*Matth. pag. 43.* Nam, quae secus scribuntur in libro apocrypho, *Protevangelio IACOBI*, §. 19 et seq. p. 108 f.; ea et ficta sunt, et, ut omnia huiuscmodi speciosa, derogant mysterio redēctionis ac salutis nostrae. Dulce enim *AMBROSIUS* canit: *Plus, Iesu, inopiae tuae debeo, qua redemptus sum, quam opulentiae, qua creatus. Non enim prodebet nasci, nisi etiam redimi profūset*

<sup>q)</sup> *Rom. III, 10-12. V, 18*

<sup>r)</sup> *Hebr. XII, 5-11*

<sup>s)</sup> Ex se patet, Deum nec approbasse Herodis facinus, nec eius-

dem auctorem esse: odit sceleratos, sanguinem iniuste effusum vindicat. *Psalm V, 5 seq.* Nec parentibus infantium, dum permisi hanc caudem, iniuriam fecit: nam sua quae erant, repetit. *10-BI I, 21;* ac parentes ad *persecutionem* inuitauit. *LVCAE XIII, 3.* Ipsius denique pueris non fecit vim: hi poenam, peccatis debitam, luerunt, violenter quidem, sed gloriose. *Rom. VIII, 10;* inacti pulchroelogio ab *AVGVSTINO*, *Serm. 2 de Sanctis Innocentibus*, *Opp. Tom. X, p. 569*

<sup>t)</sup> *Psalm. XXXVI, 7*

mortem minitans <sup>a)</sup>: Iam Idumaeus studet nec illius, qui Iacobi nomen <sup>x)</sup> et ipse fert apud vates. Olim Pharao <sup>y)</sup>, Aegypti rex, vt obstetrices interficiant pueros Hebraearum<sup>z)</sup>, mandat, et in flumen deiiciant; vnu seruatur Moses, antiqui foederis intercessor, vndis quibus periclitabatur extractus: Iam Herodes, Iudaec rex, vt spiculatores tollant masculos, iubet; incolumis elabitur vnu Iesus, praefantioris testamenti conciliator ac sponsor, in Aegyptum concedens, vt, tanquam olim Israëlite, hinc euocetur <sup>z)</sup>. Contemplare etiam, quisquis es, Dei severitatem, praeludentis quasi benigniore iudicio, hac Bethlehëmica strage; quamvis caedes est tanta, vt vociferatio defunctæ Rahelis in montibus, inque collibus exaudiatur. Ingruit longe iracundior et decretoria internecio reipublicæ Iudaïcae, in qua matres, ineffabili lamentatione pueros deplorantes, occlamabunt montibus, corrute in nos, et collibus, obruite nos <sup>a)</sup>

XVI IAM Rahelis dolor *non consolabilis b)*, suo prodit exemplo ingenii humani, sibimet ipsi permisæ, cogitata.

E 2

Nam

- <sup>a)</sup> Genes. XXVII, 41. conf. HVG.  
GROT. ad Matth. loc. nostrum
- <sup>x)</sup> Psalm. XXXIII, 6. XXXXVI, 12.  
IESAI. XXXXI, 8. XLIII, 1
- <sup>y)</sup> Exod. I, II. adde PHILONIS  
lib. i de vita Mosis, p. 603. 604
- <sup>z)</sup> MATTH. II, 14. 15. coll. HOSEA E  
XL, 1. Non absimile quid Herodo-  
deæ historiae, Arabes fabulantur  
de infantibus cunctis, Periarum  
a rege, vnum ob Danielē, occi-  
fis. De quo vide τῶν πάντων SAM. BO-  
CHARTI, Hierozoic. Bibl. I. III, c.  
3; p. 210, et IOH. ALB. FABRI-  
CII, Cod. Apocr. N. T. tom. I, p. 117
- <sup>a)</sup> LVCIAE XXIII, 27 - 30: Πλῆθος  
γυναικῶν ἐνόπεροι καὶ διῆγεν αὐτοῖς

Στρατεῖς δὲ πρὸς αὐτὸς δὲ Ἰησοῦς, ἔπειτα  
Θυγατέρες Τερεψίδην, μὴ χλαιεῖσαι  
ιεῖσαι, πλὴν ΕΦ ΕΑΤΤΑΣ ΚΛΑΙΕΤΕ,  
ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΑ ΤΕΚΝΑ ΤΜΩΝ, cest  
b) Loquutio εἰς οὐρανούς παρακαληθῆναι,  
respicere videtur ad Iudeorum  
ritum. Nempe gentiles ac fami-  
liares, lugentem primo domi con-  
solabantur (IOH. XI, 19 31.); de-  
inde, peracta humatione, publi-  
ce pergebant; nonnunquam ipse  
Pontifex Maximus animum eri-  
gebat, (vid. R. M. S. MAIMONID,  
lib. de huetu, cap. 13.), post cuius  
τελετῶν lugens acquiescere te-  
nebatur. Ergo hac phrasí expri-  
mitur magnitudo materni luctus,  
huma-

## XXXVI

Nam quia sedationem moerendi afferre, nedum natos reducere, nemo potest, ob id lacrimis et lamentis Rahel se totam dedere, ut suspiria prope animam submoueant, pergit. Perisse infantes <sup>c)</sup> illa queritur, nec eis prodesse beneficia Messiae, Iacobo et patribus promissa. Ita, quae olim perturbationibus animi dominium cesserat, adeo, ut vel liberos postulareret, alioquin se emorituram <sup>d)</sup>, ea item in obitu puerorum excedit questu! Caligat enim humana mens, et, nisi lumine diuino collustretur, vnde offendit. Idem illud diuinum lumen testatur hoc Ieremiae oraculo, salutem, vitam atque felicitatem

humanum omne solatium tristi-  
entis; adeo, ut in hoc luctu, nisi il-  
lis lex Dei esset in deliciis, miserae  
interirent. (*Psalms. CXVIII,*  
*92.*) *Conf. VVOLBVRG. Obscur.*  
*Sacr. voc. Ἰωάννος, p. 28. B.*

LAMB. BOS, in *Exercit. Philol.* p. 4, non vertendum putat,  
*consolationem admittere noluit; sed*  
*noluit luctum deponere.* Pronou-  
cat ad LXX interpres, *Genes.*  
*XXXVII, 35. XXXVIII, 12. 2 Reg.*  
*XIII, 39*, ubi παγυνθεσθαι, *moer-*  
*orem et luctum finire* significet.  
Exceptit vero ad haec b. *VVOL-*  
*FIVS in Cur.* p. 423 quibus non  
est, quae adiuciamus

e) Idem LAMB. BOS adiicit, ante  
verba ταῦτα διεῖ, ellipsis esse par-  
ticipiū *λέγεται*: Rahelēm, luctum  
non deponentem, identidem *dice-*  
*re et quirirare, fuerunt liberi mei!*  
*fuerunt! non sunt amplius!* Cui  
adtipulatur TOB. ECKHARD.  
*Obs. in N. T. ex Aristophanis Plu-*  
*so, p. 104.* Atque id ingeniose qui-  
dem. Sensus tamen et ipse com-

modus, praeter hocce assumen-  
tum, manet: neque est opus, ut  
particula ταῦτα in sensu recitantis  
accipiatur

Optimis scriptoribus, (vt con-  
stat,) vñstata est phrasis *ταῦτα*, pro  
*extincti sunt, perierunt, mortui*  
*junt.* Nós multis aliorum exem-  
plis *PHILONEM* addimus, *lib. de*  
*Ioseph.* p. 258 *E*, vbi Leti ait ad  
fratres de Iosepho: *Εἴτε, οὐ γί*  
*τιγνεῖς αὖ πέρι ΟΤΚ ΕΣΤΙ, διέχετε*  
*μοι τὸν νεκρόν.* *Dicite, viuente an*  
*mortuus εἴστι, quod δέ ΝΟΝ ΕΣΤΙ,*  
(*id est, si perierit,*) *mortuum offen-*  
*dite.* Nempe ineft loquutioni eu-  
phemismus, vti aliis huius gene-  
ris φέρονται in morte significanda;  
cuius a notione, quoad fieri ei-  
us poterat, veteres abstinebant.  
Lege, sis, quae eleganter scripsit  
*NIC. HENELIVS AB HENNEN-*  
*FELD.* *ICtus non e multis, in O-*  
*tio Vratiflau. cap. tot. XX, p. 143. f*  
d) *Genes. XXX, 1. Conf. Catholic.*  
*Exposit. Ecclesiast. in libro Genes.*  
(*Morgiis, 1584 fol.*) *p. 262 f*

tem noui testamenti, ex calamitatibus, morte, et persequitionibus esse e). Ipsa Rahel, deserta patria ob Messiae pollutionem, quum maritum sequuta, Bethlehemam, Christi natale solum, venisset, extinguitur partus doloribus; tamen Iacobus puerum non Benonim, sed Beniaminem vocat. Eodem modo Iesus puer coepit redemptor esse per infestam puero rum caudem, ut eos ad gloriam aeternam perducat. Ergo evincitur Ieremiae effato, Christi regnum non huius mundi, nec ullam felicitatem esse in hoc coetu mortalium: trucidantur enim infantes, quorum Iesus salvator est

XVII DENTIQUE miseratus Rahelem, Deus cohibere iubet a lacrimis oculos, et vocem a lamentatione, siquidem amoenior vicissitudo sit exceptura calamitatem, hanc f). Id quidem effatum Ieremiae, de liberatione ab exilio Babylonio, loquitur; tamen ex sententia Spiritus Sancti, respicitur ad erectionem piorum a persequitionibus, praesertim ad hos pueros, martyrum flores, ac primam victimam noui foedoris g). Hi Deo placuere, praemature interemti: prae mature rapti,

E 3

e) Adi MART. CHEMNIT. Harm. Evangel. l.c. p. 25 fin. IOH. PISCATOR. Comment. in omnes lib. N.T. p. 28 B. Add. S. B. SCHMID Comm. in Ierem. T. II, p. 885

f) Hic enim sensus est verborum IEREMIAE XXXI, 16: שְׁמַר־לְפָנֶיךָ וְפָעֵל־לְפָנֶיךָ quia est merces operi tuo. Primo, vox opus sumitur passim pro eo, quod patet, sive pro passione: alii explicant de patientia in tribulatione. Dein, שְׁמַר merces improprie nota mutationem conditionis lactam, cuiusmodi est eorum, qui mercedem capiunt post laborem. VVOLFG. MUSCVLVS, (in MARLORATI

Expos. Eccles.) ad MATTHAEI loc. nostrum, haec addit: Quod Rabbelis plorantis vocem in excelso auditam, et mox Domini consolacionem sequitam esse, scribit IEREMIAS; admonemur hic, vocem lugentium audiri in caelis, neque id frustra: sed caelitus consolacionem mitti lugentibus et plorantibus

g) PRUDENTIVS, Cathemerinon. Hymn. XII, v. 125 seq. de infanticibus his:

Saluete FLORES MARTYRVM  
Quos lucis ipso in limine  
Christi inseguitor sustulit,  
Cen turbo nascentes rosas.

### XXXVIII

rapti, ne prauitas immutaret illorum sensus, inter fontes viuentium *b*). Hi, Dei atque Christi coheredes, (qui nisi per afflictionem, non fiunt,) per miseras intrarunt in ciuitatem caelestem: hi, cum Christo perpetentes, simul gloriofi regnent cum eo *i*; simul laetitia efferuntur ob dignitatem supplicii, nominis Iesu caussa obiti *k*). His sicut stella in Oriente emersa fatalis fuit, trucidata stirpe Dauidis atque genere; ita alia clara et matutina stella, Dauidica et ipsa stirps *l*, iis exorietur. Tum in numero consignatorum stabunt ante solium Veracis et Sancti, amicti stolis, et palmas (martyrii signo, *m*) in manibus gestantes, ac nomen Patris in frontibus habentes scriptum. Tum illae primitiae noui foederis cantabunt Mosis et Agni hymnum: tum mirabilia ac magna opera Dei, insta atque recta iudicia eius, celebrabunt *n*). His nos infantibus, tanquam maximis in regno caelesti *o*, similes, caueamus, ne ab amore Dei et Iesu nostri non calamitibus, aut angustia, non vexatione, aut gladiis, periculo, morte, rerum denique vniuersa natura, diuellamur *p*). Tum ille Saluator, vehementer et ipse aestu, angore, comploratio ne olim pressus, abstersa ex oculis nostris omni lacrima, ducet

*Vos PRIMA CHRISTI VI-  
CTIMA,*

*Grex immolarum tener,  
Aram ante ipsam simplices  
Palma et coronis luditis*

*b) Sap. III, 7-11. Act. Apost. XIII, 22. Apoc. III, 19*

*i) Rom. VIII, 17*

*k) Actuum V, 41*

*l) Apocal. II, 28. XXII, 16*

*m) Num palmae signum, Christianorum tumulis adiectum, certum indicium sit martyrii nec ne; de eo nobilis fuit controuersia superiori et nostro saeculo. De ea ex-*

ponit pulchra diff. Cel. IOH. ERH. KAPPII, Lipsiae edita An. 1743; in qua, partibus MVRATORII negantis, palma conceditur

*n) Apocal. XV, 3*

*o) MATTH. XVIII, 1. 3. Ita etiam HERMAS in Past. lib. III, simil. 9, c. 29: Quicunque ergo permanferint, sicut infantes, non habentes malitiam, honoratores erunt omnibus illis, quos iam dixi. Omnes enim infantes honorati sunt apud Dominum, et PRIMI ha- bentur*

*p) Rom. VIII, 34. 38*

XXXVIII

cet nos eo, quo cum coetu infantium, ob Iesu testimonium  
decollatorum, carmina cum tripudiis canemus in omnia sae-  
cula

ERGO, Rahel, ne plora: nam filiorum tuorum, et no-  
stra, salus, hic infans Iesus est. hic tuum moerorem in cho-  
rum vertere; hic te, centone exutam, gaudio amicire studet

---

P. P. IN ACADEM. IVL. CAROL. HELMST.

A. D. XXV MENSIS DECEMBER

A. I. S. MDCCCL

---

E R R A T A

Pag. XVIII Not. b) lin. u lege dilaniare. Pag. XXV Not. s) lin. 21 et  
22, lege exilio. Pag. XXVII in Not. lin. i lege Jerem. XXXI, 15.  
Pag. XXXI lin. penult. lege ineffabili. Pag. XXXII Not. col. 2 lin.  
2 lege iniiciunt. Reliqua B. L. condonabit





153883

X 2286633

R



**Farbkarte #13**



**B.I.G.**

HISTORIA ET DOCTRINA

DE

FLET V RAHELIS

TEMPORE IESV INFANTIS

AD LOCVM MATTH. CAP. II COMM. XVII XVIII

IN

SACRIS NATALITIIS  
IESV CHRISTI

NOMINE PVBlico

PRO RECTORIS  
ET SENATVS ACADEMIAE  
IVLIAE CAROLINAE

PROPOSITA

HELMSTADII

EXCVDEB. P. D. SCHNORR AN. R. S. MDCCCL